DE TRANSLATIONE JEJUNIORUM,

Per Epiſcopum in alios dies facienda, occurrente in illis aliquo feſto, ſolemniter celebrando.

DISCEPTATIO CANONICA INTEGERRIMAE VIRGINI

A SACRIS LITTERIS Dicata. Cujus Magna Feſtivitas hoc anno 1746. in Jejunia quator Temporum incidit æſtivorum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

* * *

MESS. Typ. de Chiaramonte 1747.
Super. permiſſu.

Digitized by Google

Sacerdos D. Hieronymus Meſſana

Lectori Benevolo Meſſanenſi.

NE mireris, Lector Benevole, me libellum hunc, in quo quid ipſe de Translatione Jejuniorum ſenſerim, quidque mecum autumarint alii Sapientiſſimi homines, Doctores præclariſſimi, plane exprimitur, Typis mandare voluiſſe. Illa fuit in primis cauſa, ut ne Jejunia negligerentur quatuor Temporum æſtivorum, quoties ea in Feſtum ſolemne a Sacris Litteris incidiſſent. Neque enim fieri

ſieri poſſe cenſui , ut tot inter lætitiæ ſignificationes , apparatuſque Civitatis magnificentiſſimos , exterorum etiam frequentiam; populi univerſi plauſus, pompas , tripudia , hilaritatem , &c. quibus Sacræ Epiſtolæ celebratur ſolemnitas , integra omnia ſervarentur . Theologos conſului plurimos , plurimoſque Sacrorum Canonum Profeſſores , ne mea me duci opinione viderer . Veterum monumenta evolvi , conſilio præſertim uſus , atque opera Reverendi P. Petri Mariæ Forti e Societate Jeſu , Archiepiſcopi Meſſanenſis Theologi , ac Examinatoris Synodalis , atque in Prototypo totius Societatis

Je-

Jeſu Meſſanenſi Collegio Studiorum Præfecti, qui ſingulari hanc rem inſpexit, adnotavit, reſcripſit ſtudio, labore, ſedulitate. Poſtremo rogante Ill. Senatu, Populoque Meſſanenſi, rem totam ita compoſui, ut Rev. Dominus D. Placidus Denti, Canonicus, Archidiaconus Sanctæ Protometropolitanæ Meſſanenſis Eccleſiæ, Ordinarius Præbendarius Venerabilis Eccleſiæ Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli Piſanorum, ejuſque Rector, & Beneficialis, Abbas Sancti Joannis Baptiſtæ Milis Superioris, Prior Sancti Spiritus in Civitate Turtureti, ac totius Diœceſeos Meſſanenſis Vicarius

carius

carius in Spiritualibus, & Temporalibus Generalis, &c. Sententiam de Translatione Jejuniorum in praxim deducendam eſſe, arbitraretur: utque poſteritati conſuleret, in lucem dari juberet. Labores ergo hoſce meos, ſi æque ac debes, quisquis es Meſſanenſis Civis, benigne aſpexeris, mihi adplaudam, id me fuiſſe auſum ad ampliorem Virginis gloriam, quod nemo ante me ſuſcepiſſet. Vale.

An poſſit Epiſcopus, legitima interveniente cauſa, Jejunia ab Eccleſia in jure communi, vel in aliqua Conſtitutione Pontificia extra Jus commune pro certis diebus indicta, in quæ Feſtum aliquod ſolemniter celebrandum incideret, in alios dies aſportare?

MEſſanæ, celeberrima Siciliæ in Urbe, aſſolet quotannis die 31. Menſis Maij 1. 2. & 3. Iunij magno exterorum concurſu, ne dum ex aliis Trinacriæ Urbibus, ſed ex finitimis quoque Calabriæ Oppidis, Feſtivitas Sacræ Epiſtolæ, ab integerrima Virgine ad Meſſanenſes ſcriptæ, non ordinaria Devotione, & Solemnitate celebrari. Contigit autem hoc currente anno 1746. ut quatriduana ſolemnitas in jejunia Quatuor Temporum

incideret æſtivorum: quod non parum detrahebat lætitiæ magnæ illius celebritatis; difficile nimis reddebat cunctis, lege jejunii detentis, jejuniorum onus: omneſque in evidenti periculo violandi jejunia conſtituebat. Quamobrem Illmus Senatus Meſſanenſis; Beatiſſimæ Virgini a Sacris Literis addictiſſimus, zelo fretus, Rm̃ Dñm D. Placidum Denti Canonicum Archidiaconum Cathedralis Eccleſiæ Meſſanenſis, Parochum Parœciæ Ss. Apoſtolorum Petri, & Pauli Piſanorum, ac in Spiritualibus, & Temporalibus Vicarium Meſſanenſis Diœceſeos Generalem, &c. deprecatur enixe, ut ab Archiepiſcopo Fr. Thoma de Moncada ex Principibus Calvaruſi, Ordinis Prædicetorum, &c. translationem illorum jejuniorum in alios dies conſequeretur. Sic enim tantum feſtum, tantæ Principalis Patronæ Civitatis, & Diœceſeos cum

majori lætitia celebraretur; non admodum grave contingeret in aliam ſeptimanam translatum jejuniorum onus; & ab evidenti periculo tranſgrediendi legem jejunii Populus Meſſanenſis liber evaderet: Unde mota eſt Diſceptatio: An poſſit Epiſcopus, &c. Pro cujus deciſione

Dico primo; poteſt Epiſcopus jejunia ab Eccleſia in Jure communi, vel in aliqua Conſtitutione Pontificia extra Jus commune pro certis diebus indicta, in quæ Feſtum aliquod celebrandum incideret, in alios dies aſportare, ſi juſta adſit, legitima, & rationalibus cauſa. Aſſertio propugnatur ab Innoc. *in rubr. de obſerv. jejun.* Abb. *ibidem* Armill. *verb. jejun. n.* 6. Tabiena *n.* 7 & Sa. *n.* 5. Navar. *c.* 21. Man. *n.* 11. Gabriele *in* 4. *diſt.* 15. *art.* 3. *dub.* 2. Palatio item *in* 4. *diſt.* 15. *diſp.* 9. Azorio *lib.* 7. *Inſtit. mor. c.* 29. *q.* 5. Fagun. 4. *Præcept. Eccl.*

 lib.

lib. 1. *c*. 9. *n*. 4. Thoma Sanch. *lib*. 5. *Conſil. cap*. 1. *dub*. 5. *n*. 27. Boſſio *Moral. var. tom*. 9. *de jejun. tit*. 21. *n*. 163. Bordono *reſ*. 58. *n*. 16. Trullench. *lib*. 3. *in decal. c*. 2. *dub*.7. *n*. 21. Sylv. 2. 2. *q*. 147. *art*. 4. Laymanno *lib*. 6. *Theol. mor. tr*. 8. *c*. 3. Gobat *in Alphabeto ſacri audiendi n*. 111. Baſſæo *verbo jejun*. 2.*n*. 4. Caſtro Palao *p*. 7. *diſp*. 3. *pun*. 2. *n*. 12. *fin*. Engel. *lib*. 3. *Decr. tit*. 46. *n*. 1. Angles *in florib. q*. 4. *de jejun. difficult*. 3. *n*. 1. Homobon. de Bonis *p*. 2. *Exam. Eccl. tr*. 8. *cap*. 7. *q*. 13. Bizozero *in ſumm. p*. 4. *de* 3. *Præcept. Decal. c. ult. Memb. ul. n*. 14. Nald. *n*.7. Diana Coor. *tom*.4. *tr*. 6. *reſ*. 37. Reginaldo *lib*.4.*n*. 224. Cajet. *in ſumm. verb. jejun. n*. 3. ubi addit, (quod transferente Epiſcopo jejunium in alium diem , debent Religioſi ſe conformare in tali jejunio quoad ejus translationem .) Anton. a Spiritu Sancto ; *in Diverſ. p*.1. *tr*. 4. *diſ*.

*diſ.4.ſect.2.n.*125.Paſqualigo *dec.*179. Leandro a Sanctiſſimo Sacramento *in quinq; præcept.*Eccleſ.*p.3.tr.5.diſp.* 10.39. *&* *q.* 41. ubi docet. (Quod ſi in feſtum ſolemne Titularis alicujus Eccleſiæ particularis, aut Patroni alicujus Diœceſis incidat vigilia aliqua, poſſit Epiſcopus transferre jejunium in alium diem pro iis, qui ſunt de illa Eccleſia, vel Diœceſi.) *Q.* 43. ubi ſuſtinet ex Paſqualigo *deciſ.* 151. *a n.* 2. quod (Prælati Regulares, etiam in Curia Romana, ubi facile poteſt adiri Pontifex, poſſint pro ſuis ſubditis transferre jejunium Juris communis de uno in alium diem, intercedente juſta cauſa,) & demum *q.*46. ubi contendit cum laudato Paſqualigo *deciſ.* 182. *n.* 1. *&* 2. accedentem ad locum, in quo jejunium eſt tranſlatum, gaudere etiam beneficio tranſlationis, ſi communicet in cauſa; ob quam translatio facta eſt, celebrando

videlicet cum aliis feſtum illius loci, qui illud celebrant: cum tale privilegium (pergit laudatus Doctor) conceſſum ſit intuitu loci, & non perſonæ: atque adeo extendi debet ad omnes, qui ſunt de tali loco, vel de tali loco fiunt formaliter, concelebrando feſtivitatem, cujus intuitu jejunium translatum eſt, ut cum majori lætitia celebretur. Pignatello *tom.* 3. *conſ.* 14. qui infert cum Cajetano, Sylv. & Trullench *ubi ſupra*, quod ſi in aliqua Eccleſia, aut loco alicujus Diœceſis contingat, celebrari aliquod feſtum ſolemne, ut eſſet feſtum Titularis, aut Patroni, & eodem die incidat jejunium, indictum a Jure communi, poterit Epiſcopus pro iis, qui ſunt illius loci, vel illius Eccleſiæ transferre jejunium in alium diem. Neque obſtat (inquit Pignatellus) quod cauſa non ſit univerſalis: quia ſicut lex non requirit cauſam uni-

univerſalem, ut concedi poſſit diſpenſatio, ſed tantum in iis, cum quibus diſpenſatur: ita neque ut fiat immutatio in executione legis quo ad aliquam circumſtantiam requiritur, quod cauſa ſit univerſalis, ſed ſufficit, ſi habeat locum in iis, pro quibus fit immutatio. Pelliz. *tom.* 1. *Man. Reg. tr.* 5. *cap.* 5. *n.* 64. ubi contendit, quod poterunt Epiſcopi transferre jejunium aliquod in caſu, quo jejunium incidat in feſto aliquo ſolemni, ſive toti Eccleſiæ, cujuſmodi eſt feſtum S. Joannis Baptiſtæ immediate ſubſequens feſtum Corporis Chriſti; in quo caſu Leo X. teſte Navarro *c.* 21. *n.* 11. mandavit, jejunium ſervandum eſſe feria 4. & non 5. ob reverentiam dicti feſti, ſive feſtum ſit ſolemne peculiariter in aliqua Civitate, & *p.* 2. *tr.* 9. *c.* 3. *ſect.* 4. ubi idem habet: Quirtanadv. *tom.* 2. *ſing. tr.* 9. *ſing.* 19. apud Tambur. *in præcept. Eccl. infra*

n. 17. addente, in caſu hujus translationis Jejunii debere etiam transferri Officium, quia connexorum eadem eſt ratio: quod ſi dies, in quem tranſfertur Jejunium, ſit occupatus feſto duplici, aut ſemiduplici, non eſſe transferendum Officium talis feſti. Felice Poteſt. *tom.* 1. *part.* 3. *de* 2. *præcept. Eccl. n.* 2822. Fagnan. *in* 2. *p.* 3. *Decretal. cap. Conſilium, de obſerv. jejun.* 31. Pereyra *in Promptuario Theologico-morali tr.* 35. *q.* 5. *n.* 194. Thoma Tambur. *lib.* 4. *in Decal. c.* 5. *de jejun.* §. 7. *n.* 58. *& in Præcept. Eccl. tr.* 4. *de* 4. *Eccleſiæ præcepto c.* 11. *n.* 16. *verb. Translatio jejunii, ibi:* (Epiſcopus etiam transferre poteſt jejunium indictum ab Eccleſia de uno die in alterum, ſi id vel populi neceſſitas, vel ſolemnitas feſti poſtulat, ut certe factum eſt ab Archiepiſcopo (non enim conſtat, ut aliqui putant, factum eſſe cum conſen-

ſenſu & expreſſa licentia Summi Pontificis) Panormi, ubi jejunium vigiliæ S. Jacobi translatum eſt in diem præcedentem, quia in illa vigilia incidit feſtum Sanctæ Chriſtinæ Patronæ Principalis Civitatis. Quare idem poſſet diſponere Epiſcopus, quando vigilia, &c. Et Epiſcopus advertere, homines ſuæ Diœceſis eſſe proclives ad frangendum ejuſmodi jejunium. Ratio autem eſſe, quia ad Epiſcopum pertinet, adhibere remedia, ne ſuæ oves facile peccent ex Trid. *ſeſſ.* 21. *de reform. c.* 1. hæc enim eſt juſtiſſima ratio hujus translationis, &c. (Hactenus Tambur. & alii) ſine numero Doctores Moraliſtæ præſertim, & Canoniſtæ.

Contra Bonac. *diſp. ult. de Præc. Eccl. q.* 1. *pnn. ult. n.* 18. ubi ſic habet : (Quamquam Cajetanus *verb. jejunium cap.* 3. Sylv. *q.* 7. Reginald. *lib.* 4. *num.* 224. Mald. *verb. jejunium*

n. 7.

n.7 putent Epiſcopum poſſe jejunium ab uno die in alium transferre, ut ſi jejunium vigiliæ S. Joannis incidat in feſtum Corporis Chriſti, poteſt illud transferre in diem præcedentem. Sed hoc ego non facile admiſerim, exceptis caſibus particularibus, ut docui de diſpenſatione, & excepto privilegio. Huc uſq; Bonac.

Aſſertio probatur tum ex eo, quod Epiſcopum transferre jejunia, ab Eccleſia in Jure communi, vel in aliqua Conſtitutione Pontificia extra Jus commune pro certis diebus indicta, in quæ incideret aliquod feſtum ſolemniter celebrandum, legitima interveniente cauſa, in alios dies, eſt conforme ipſimet Juri communi, & Conſtitutionibus Pontificiis, præſertim *c. Conſilium de obſerv. jejunii*: ubi jejunium incidens in Dominicam, anticipatur in Sabbato: *c. ſcire debet diſt. 76.* ubi non admittuntur jejunia

tem-

tempore lætitiæ, ut tempore Paſchali: neque in Dominicis diebus, *c. Jejunium de Conſecr. diſt.* 3. ac ex Conſtit. Leonis X. & Urbani VIII. inchoata *Cum evenire*, edita *die* 13. *Octob.* 1638. in quibus jejunium vigiliæ S. Joannis Baptiſtæ, incidens in feſtum Corporis Chriſti, anticipatur in feria 4. præcedente. Unde quamvis ea, quæ ſunt a Superiore demandata, non relinquantur abſolute diſpoſitioni inferioris; & ideo quæ ſunt Juris communis, vel alicujus Conſtitutionis Pontificiæ extra Jus commune, non relinquantur abſolute diſpoſitioni Epiſcoporum: committitur tamen ipſis eorum executio, ut eruitur ex cit. c. & ſic, id dictante prudentia, facere poſſunt Epiſcopi, quod exequatur in uno, quod in alio tempore foret exequendum.

Tum ex praxi, ut probant Azor, & Fagundez *locis ſupra citatis*, &

af-

afferunt Doctores paſſim, quos inter Sylv. *ſupra q.* 7. referens, quod in pluribus Franciæ locis, in quibus quia feſtum S. Quintini occurrit in vigilia Omnium Sanctorum, transfertur jejunium in præcedentem diem. Leander *q.* 41. *cit.* dicens, quod in Regno Navarræ in Civitate Pampelonenſi, ubi feſtum S. Saturnini, Patroni illius Civitatis ſolemniſſime celebratur, quia occurrit in vigilia S. Andrææ Apoſtoli, transfertur hoc jejunium in diem antecedentem. Tambur: *loc. ult. cit. n.*23. enuncians, Ratisbonenſes vigiliam Omnium Sanctorum non celebrare ultimo die Octobris, utpote qui ſacer eſt S. Volfango Patrono Diœceſano, ſed die antecedenti. Et Sacra Rit. Congregatio *in una Cremonenſi Oppidi Carravagij die* 9. *Junij* 1668. transferri mandavit vigiliam S. Laurentij in diem antecedentem, eo quod in dicta vigilia feſtum conti-

tigit Ss. Martyrum Firmi, & Ruſtici Tutelarium dicti Oppidi, ubi magno totius Provinciæ concurſu venerantur, ut defert Pignatellus *Conſult.* 14. *cit. fin.* addens, idem fuiſſe conceſſum *die* 24. *Sept.* 1638. *&* 26. *Maji* 1659. Quod etiam teſtatur *in ſuo Theatro* Lantruſca.

Confirmatur aſſertio noſtra. Abbates, aliique jura Epiſcopalia exercentes, poſſunt ex legitima cauſa jejunium pro una die indictum ab Eccleſia in Jure communi, vel in aliqua Conſtitutione Pontificia extra Jus commune, ab illa in aliam diem transferre, ut docent Paſqualigus *loc. cit. n.* 4. Leander *ſupra q.* 40. Baſſæus *v. Jejunium* 2. *n.* 4. & alii paſſim. Ergo a fortiori poterunt id Epiſcopi; quibus ſane comparantur Abbates, ut pote jurisdictionem habentes fori Eccleſiaſtici.

Confirmatur etiam: Poſſunt Præ-

lati

lati Regulares reſpectu ſuorum ſubditorum, legitima intercedente cauſa, transferre in alium diem jejunium Juris communis, ut docent idem Paſqualigus *ibidem*, Badæus, & alij. Ergo a fortiori poterunt id Epiſcopi. Antecedens liquet ex eo, quod Prælati Regulares reſpectu ſuorum ſubditorum exercent Jura quaſi Epiſcopalia, & ſunt executores Juris Canonici reſpectu eorumdem, quia ſunt Ordinarii ipſorum.

Confirmatur tandem: Poſſunt Epiſcopi ex juſta, & rationabili cauſa diſpenſare cum ſuis Diœceſanis ſubditis in lege jejunii, ut eſt communiſſima Doctorum opinio, cui patrocinatur communis praxis, & approbatus univerſalis Eccleſiæ uſus. Ergo multo magis poterunt ex juſta, & rationabili cauſa pro iiſdem Diœceſanis ſubditis legem jejunii, quo ad circumſtantiam aliquam, puta tempo-

poris immutare; cum diſpenſare ſit, obligationem jejunii de medio tollere; transferre vero, incolumi ſervata obligatione jejunii, illam, quo ad circumſtantiam temporis variare, per translationem videlicet ab uno ad alium diem.

Dico ſecundo: Juſta legitima, & rationabilis cauſa transferendi jejunia in noſtro propoſito triplex potiſſimum recenſetur a Doctoribus: ſcilicet

Prima, magna Solemnitas alicujus feſti, ut Titularis Patroni, &c. celebranda in die; in quam incidat jejunium. Ut enim debita magno feſto reverentia adhibeatur, illudque cum majori lætitia celebretur, debet jejunium, quod eſt triſtitiæ ſignum, in alium diem commutari. Atque ita Cajetanus *in ſumm. verb. jejun. n.* 3. *in fin.* Sylv. 2. 2. *q.* 147. art. 4. Trullench *lib.* 3. *in Decal. c.* 2. *dub.*

5.

ſ. n. 19. quos citat, & ſequitur Pignatell. *ſupra*, Fagnan. *in* 2. *p.* 3. *Decretal. de obſerv. jejun. c. conſilium n.* 31. Pereyra *in Promptuario Theol. mor. tr.* 35. *n.* 794. Tambur. *locis citatis*, Leander *q.* 45. Pellizz. *ubi ſupra*, & alii ex c. *conſilium de obſerv. jejun.* ubi jejunium, incidens in Dominicam, ratione ſolemnitatis hujuſce diei, anticipatur in Sabbato, &c. *ſcire debet diſt.* 70. ubi non admittuntur jejunia tempore lætitiæ, ut tempore Paſchali.

Secunda, magna in jejunando difficultas, quæ profectò haberetur in celebratione alicujus magnæ ſolemnitatis, ut omnes experimur, non ita tamen extra illam in alijs diebus. Si enim magna in jejunando difficultas ſufficiens cauſa eſt ad diſpenſandum in lege jejunij, ut docent Medini *c. de jejun. q.* 9. Ortiz. *in ſumm c.* 19. *præcept.* 2. *n.* 13. Paſqualig. deciſ.

408.

408. Leander *q.* 32. & alii, quibus patrocinatur Sa *dic. verb. jejun. n.* 10 inquiens : (diſpenſandi cauſa juſta eſt magna in jejunando difficultas) multo magis juſta erit ad transferendum jejunium ab uno ad alium diem. Hinc

Tertia, Periculum violandi jejuniũ quod profecto ut cauſam ſufficientem præbet ad diſpenſationem ab Epiſcopo ſubditis ſuis impertiendam, teſte Leandro *q.*25. Paſqualigo *deciſ.* 399. *n.* 3. & communiſſima Doctorum ſententia ; ita & a fortiori ad translationem, de qua loquimur, ſtatuendam. Unde Pellizzarius *tom.* 1. *cit. man. tr.* 5. *n.* 64. Si animadvertant (inquit, Epiſcopi,) ſubditos ſuos illis diebus (in quibus videlicet erit jejunandum) eſſe ita proclives ad intemperantiam, ut plurimi ; non translato illo jejunio, illud violaturi ſint, etiam cum carnium eſu, & quidem non ſine ſcandalo,

tunc videtur congruum, ut poſſint Epiſcopi illud transferre) Ita Pelliz. Immo

Dico 3. Epiſcopus non ſolum poteſt, ſed etiam ex Charitate, & Officio tenetur, juſta aliqua ex recenſitis cauſis interveniente, Jejunia ab Eccleſia in Jure communi, vel in aliqua Conſtitutione Pontificia extra Jus commune pro certis diebus indicta, in quibus aliquod feſtum celebrandum occurreret, in alios dies transferre. Defenditur a Cajetano, Armilla, Sanch. *locis ſupra cit.* Bordono *dic. reſ.* 58. *n.* 16. & aliis paſſim. Probatur: quia tenetur Epiſcopus nedum ex Charitate, ſed etiam ex Officio curare ex una parte, quod jejunium Chriſtiani Populi ſuæ Diœceſis conſonet diſpoſitioni Juris communis, ſtatuentis, ut quando vigilia, ejuſq; jejunium occurreret in Dominica in diem, trausferatur antecedentem

rem ; idque ratione ſolemnitatis diei Dominicæ, utque cum majori lætitia celebretur dies Domini: & ex altera parte, ut vitentur tot peccata per violationem jejunii, quot committi experimur in Feſtis ſolemnioribus alicujus loci, vel Diœceſis, puta Sanctorum Titularium, Patronorum &c. In quibus urgeat obligatio jejunandi. Ergo Epiſcopus non ſolum poteſt, ſed etiam ex Charitate, & ex Officio tenetur &c.

Confirmatur: Tenetur Epiſcopus non ſolum ex Charitate, ſed etiam ex Officio diſpenſare cum ſuis Diœceſanis in lege Jejunii, juſta interveniente cauſa, cujuſmodi eſt magna in jejunando difficultas, periculum violandi jejunium, &c. ut docent, loquendo de diſpenſatione in genere, Roſella *verb. diſpenſatio n.* 4. Sylv. *q.* 1. *in fine*. Armilla *n.* 14. Sà *n.* 1. inquiens: (Cum ſubeſt cauſa diſpenſan-

di, videtur peccare Prælatus, qui poteſt, ſi non diſpenſet,) & in ſpecie de jejunio Paſqualigus *deciſ.* 399. *n.* 5. Leander *q.* 25. & alii paſſim. Ergo tenetur Epiſcopus nedum ex charitate, ſed etiam ex Officio Diœceſanis ſubditis executionem legis jejunii pro uno die indictam, in alium diem transferre, juſta occurrente cauſa prædicta.

Dico 4. Quæ hactenus dicta ſunt, æque concernunt jejunia, quæ in vigiliis ſervari præſcribuntur, ac jejunia quatuor temporum, ſi in iis coincidat aliquod feſtum ſolemniter celebrandum. Aſſertio ſub generalibus terminis propugnatur a laudatis Doctoribus aſſer. 1. ſi nonnullos excipiamus, loquentes expreſſe de jejuniis vigiliarum dumtaxat. Illi ſiquidem quæſtionem proponunt generatim: (An, nimirum, poſſit Epiſcopus legitima interveniente cauſa in alios

trans-

transferre dies Eccleſiaſtica jejunia, &c.nec exprimunt, aut diſtinguunt jejunia vigiliarum, aut quatuor Temporum; & quæſtionem decidunt etiam generatim, moti & rationibus æque pro utriſque jejuniis militantibus. Quod ſi caſus quandoque afferant translationis jejuniorum, quæ in vigiliis cæteroqui ſervanda forent, non vero eorum, quæ in diebus quatuor Temporum; id eſt, quia hujuſmodi caſus coincidentiæ feſtorum in vigiliis ſæpe ſæpius quotannis contingunt; perraro tamen, & ſemel in decurſu plurium annorum caſus coincidentiæ eorundem in quatuor Temporibus. Cæterum de translatione jejuniorum in ſpecie, ac expreſſe quatuor Temporum docetur Aſſertio noſtra à Baſſæo *dic. verb. jejunium* 2. *n*. 4 ubi dies omnes in particulari recenſens, in quibus ſub præcepto jejunium indictū eſt ab Eccleſia, aſſignat ſecundo lo-

co quatuor anni tempora, & deinde concludit: (Epiſcopus poteſt transferre hujuſmodi jejunia in alium diem, dummodò id fiat ex rationabili cauſa.) Docetur etiam a Paſqualigo *deciſ. laudata* 179. *n.* 7. & aliis; contra Cajetanum, Sanchez, Armillam *locis citatis* aſſerentes, ſed gratis omnino, & abſque ulla ratione, jejunium quatuor Temporum, ſi in ijs coincidat aliquod feſtum ſolemniter celebrandum, nullatenus transferri poſſe. Sic enim habet Cajetanus: (Notanter autem loquor de jejunio Vigiliæ: quia Eccleſia fugit Vigilias fieri in Feſtis: & propterea S. Joannis Evangeliſtæ Vigiliam non facit in feſto S. Stephani. Non horret autem jejunium quatuor Temporum in feſtis, ut patet de feſtis Sanctorum Thomæ, & Matthæi Apoſtolorum, quæ ſæpe in jejuniis quatuor Temporum celebrat.) Armilla inquit: (Poteſt etiam

idem

idem Epiſcopus mutare vigiliam alicujus feſti, ſi in aliquo ſolemni feſto evenerit, ut vigilia S. Joan. Baptiſtæ ſi in feſto Corporis Chriſti venerit, poteſt facere, quod in vigilia Corporis Chriſti jejunetur, & poſt in vigilia S. Jo. comedantur carnes. Idem de aliis vigiliis Sanctorum: quia Eccleſia non conſuevit, jejunare vigilias Sanctorum in ſolemnitatibus. Non eſt autem ſic de vigiliis quatuor Temporum) Sanchez ſimilia profert, & eisdem fere verbis, quibus Cajetanus, ſic: (Et adverte, quod notanter dixi de jejunio vigiliæ: quia Eccleſia fugit, vigilias fieri in feſtis, & propterea non aſſignat vigiliam Divo Joanni Evangeliſtæ in die S. Stephani: non autem horret jejunia quatuor Temporum in feſtis: ſæpe enim occurrunt in die S. Thomæ, & in die S. Matthæi: & ideo jejunia quatuor Temporum, occurrentia in

aliquo magno feſto, non ſunt transferenda.)

Probatur aſſertio noſtra tum 1. arguendo a certis, minuſque controverſis ad incerta, & controverſa; a notis ad ignota, ubi militat eadem ratio: quo philoſophandi modo paſſim utuntur, & non inutiliter, ſcholaſtici. Atqui per Cajetanum, Sanch. & Armillam eſt probabiliter certum, notum, minuſq. controverſum, quod juſta intercedente cauſa poſſit Epiſcopus in alios dies transferre jejunia vigiliarum in feſtis ſolemnibus occurrentia. Ergo eadem intercedente cauſa poterit idem Epiſcopus in alios dies transferre jejunia quatuor Temporum, in ſimilibus feſtis ſolemnibus coincidentia.

Tum 2. ex vulgari Canoniſtarum, & Juriſperitorum axiomate; quod nimirum ubi eadem militat ratio, ibi eadem militet Juris diſpoſitio. Eadem au-

autem militat ratio pro translatione jejuniorum, in vigiliis ſervandorum, ac pro translatione jejuniorum quatuor Temporum, ſi in utriſque contingat, feſtum ſolemne celebrari. Ergo eadem in utriſque militare debet Juris diſpoſitio, ſtatuentis, quod valeat ab Epiſcopo ea translatio fieri.

Tum 3. ex poteſtate diſpenſativa, qua pollent Epiſcopi in jejuniis quatuor Temporum, quæ multo magis infert in iisdem poteſtatem tranſlativam eorumdem jejuniorum ex juſta cauſa.

Poteſt etenim Epiſcopus diſpenſare in jejuniis quatuor Temporum totius anni, ſicut & vigiliarum, ac totius Quadrageſimæ, non modo pro particularibus perſonis, ſed pro toto quoque populo, & quidem etiam ad comedendas carnes in præfatis diebus, ob juſtam, & proportionatam cauſam: quomodo diſpenſavit anno

1743.

1743. & 1744. hic Meſſanæ tempore Peſtis Dñs Archiepiſcopus, & dein eo defuncto Dñs Vicarius Generalis ſede vacante, & Panormi tempore etiam Peſtis per Edictum publicum illius vigilantiſſimus Archiepiſcopus, teſte Tambur. *in 5. Eccleſiæ præcept. præc.*4.*c.*11.*n.*14.& diſpenſare eodem modo poteſt tempore periculoſi belli, & ſtrictæ obſidionis alicujus Civitatis, ut cenſent idem Tambur. *n.* 15. & alii.

Tum 4. ex eo, quod translatio jejuniorum quatuor Temporum, de qua diſputamus, difformis non eſt Juri communi, & Conſtitutionibus Pontificiis extra Jus commune; cum nullibi ea interdicatur. Immo conformis eſt, non ſecus, ac translatio aliorum jejunorum extra quatuor Tempora; cum non patiatur jejunia tempore lætitiæ, ut ſolemniſſimæ Feſtivitatis, c. ſcire debet *diſt.* 70. &

cau-

cauſæ impellentes ad translationem aliorum jejuniorum ab Epiſcopo faciendam in alios dies, petitæ ſeu ex magna ſolemnitate feſti, ejuſque lætitia, reverentia feſto debita, &c. ſeu ex difficultate in jejunando non ordinaria; ſive ex periculo violandi jejunium, &c. æque impellunt ad tranſlationem jejuniorum quatuor Temporum ab Epiſcopo pro ſuis Diœceſanis in alios dies ſtatuendam; cum non valeat ab Adverſariis aſſignari potior ratio, quæ primam translationem probans, improbet ſecundam. Hinc Paſqualigus *deciſ. ſupra laudata* petens: An quod dicitur in propoſito de jejuniis vigiliarum, idem dicendum ſit de jejuniis quatuor Temporum, ſi coincidant cum aliquo feſto ſolemni? pro parte negativa citat tres laudatos Doctores; ſed ipſos (ait) nullam rationem diverſitatis afferre. Additq; (ſolum videtur poſſe aſſignari, quia hoc je-

jejuniũ ſemper celebratur iiſdem diebus Hebdomadæ, quibus eſt affixum. Sed hoc non puto obſtare, quia talis affixio non eſt major, quam ſit affixio jejuniorũ in vigiliis. Unde *probabile puto* quod poſſit trãsferri, cum militet eadẽ ratio. Hactenus Doctiſſ. Paſqualigus.

Tum denique 5. quia Regula Juris certiſſima eſt, quod in moribus omnia ſunt conceſſa, quæ non reperiuntur prohibita: quam Regulam probat Gloſſa in c. Cum Eccleſia Sutrina. *ver. Ne venirent, de cauſ. poſſeſſ.* & explicat Sylv. *verb. Conceſſum*, Sa *eod. verb.* & alii paſſim. Sed neque in Jure communi, neq; in ulla Conſtitutione Pontificia extra Jus commune reperitur prohibita translatio jejuniorum quatuor Temporum, de qua loquimur. Ergo præfata translatio conceſſa eſt.

Confirmatur multipliciter noſtra ſententia; &

1. Quia Leges Eccleſiaſticæ, utpote

pote piæ Matris Eccleſiæ, & benigniſſimæ ita ſunt intelligendæ, ut ſint in ædificationem, non in deſtructionem animarum juxta modum loquendi Apoſtoli. Sed ſi præfatæ Eccleſiaſticæ leges, jejunia quatuor Temporum ſtatuentes, ita intelligerentur, ut etiam in caſu magnæ difficultatis jejunandi, & evidentis periculi violandi jejunia, non poſſit Epiſcopus illa in alios dies transferre; intelligerentur ita, ut eſſent in deſtructionem, & perniciem animarum ſic periclitantium, non in ædificationem. Ergo intelligi debent ita, ut in eo caſu valeat Epiſcopus in alios dies laudata jejunia transferre.

2. Quia favore animæ, & ad vitandum peccatum optime recedi poteſt a regulis Juris, cohærenter ad c. Novit, *de Judic.* Immo, & ad vitandum ipſummet peccati periculum, & ſcandalum, juxta can. Illa *diſt.* 11.

can.

can. 1. *diſt.* 51. can. Generalis *diſt.* 54. can. Cum ex injuncto, *de nov. oper. nunciat.* & cap. 2. ubi Felin. & alii *de præſcript.* Ergo etiamſi regulæ Juris Eccleſiaſtici ſtatuerent, in nullo caſu transferri poſſe jejunia quatuor Temporum in alios dies; in caſu tamen, quo verſamur, magnæ difficultatis in jejunando, & evidentis periculi violandi jejunia; ab his regulis recedendum: atque adeo concedendum, in eo caſu poſſe Epiſcopum jejunia quatuor Temporum in alios dies commutare.

3. Quia in caſu urgentis neceſſitatis licet præferre opinionem parum probabilem, opinioni multum in probabilioritate excedenti: Ita Navarrus c. Inter verba *in* 2. *edit. corolar.* 53. *n.* 135. & Sotus *de ſecr. membr.* 3. *q.* 2. *concl.* 3. quos refert, & ſequitur Thomas Sanch. *lib.* 2. *de Matrim. diſp.* 36. *n.* 8. & *lib.* 1. *ſumm. c.* 9. *n.* 25.

25. ubi hanc rationem tradit: quia quamvis opinio alias eſſet parum probabilis, adjuncta tamen urgenti neceſſitate fit graviter probabilis. Unde optime notat Filguera *in ſua Lucerna decretali in propoſitionem* 3. hanc propoſitionem de probabilitate tenui in caſu extremæ, aut urgentis neceſſitatis non damnari ab Innocentio XI. quia poſita ea urgenti neceſſitate, jam probabilitas non eſt tenuis, ſed valde gravis: præcipue cum ea propoſitio tertia damnata ab Innocentio loquatur *generatim* de probabilitate tenui tamquam licita in omni eventu. Ergo etiam Adverſariis permiſſo, quod opinio, quam ſuſtinemus, ſit parum probabilis, cum ea tradatur pro urgenti neceſſitate impediendi tot, tantaque peccata adverſus obſervantiam jejunii, eadem opinioni contrariæ, etiam ſuppoſitæ multum in probabilioritate excedenti

denti, præferenda eſt.

4. Quia eſt ſententia apud Authores ſapientiſſimos recepta, quod ubi concurrunt duæ opiniones, altera communis, & altera ſingularis, nempe unius, vel alterius Doctoris, ſi hæc ſecunda ſit in favorem cauſæ piæ, opinio ſingularis debet præferri communi. Atque ita Sanch. *lib.* 1. *de Matrim. diſp.* 18. *n.* 5. & apud ipſum Jo: Andr. Oſtienſis, Ancharanus, Henricus, Alex. de Nevo, Præpoſitus, Roſella, Felinus, Decius, Barbatia, Berojus, Ant. Gabrie, & Navar. Item Caſtropalaus *tom.* 1. *tr.* 1. *diſp.* 2. *pun.* 1. *n.* 12. & penes ipſum Maſcardus. Tandem Villalobos tom. 1. *ſumm. tr.* 1. *diffic.* 7. *n.* 3. Sed in noſtro caſu concurrunt duæ opiniones adverſæ, altera negans, poſſe jejunia quatuor Temporum, in quibus aliquod feſtum celebrandum occurreret, ab Epiſcopo in alios dies ex legi-

tima

tima cauſa transferri: altera vero affirmans: & hæc, non illa, eſt in favorem cauſæ piæ, ſcilicet ut cum majori lætitia ſolemniſſimum Sacræ Epiſtolæ Feſtum celebretur, abſque Jejuniorum mærore; extraordinaria jejunandi difficultate; ac evidenti periculo violationis jejunii, per majorem populi partem committendæ. Ergo quamvis noſtra opinio dicatur ſingularis unius, vel alterius Doctoris, & oppoſita dici velit communis (cum tamen utrumque aberret a veritate, ut ſupra vidimus, & mox etiam videbimus:) noſtra opinio eſt illi præferenda.

5. Quia ex l. *pro hærede* 20. §. *ſiquid. ff. de conſtitut. pecuniar.* (In caſu neceſſitatis ſententia humanior eſt tenenda.) ex Gloſſ. 1. *l. placet*; *C. de Judic.* (Quando æquitas eſt ex una parte, & Jus ſcriptum ex alia, æquitas eſt præferenda.) Ex l. *qui non potuerunt* 27. *in addit. margin. ff. de manumiſſ.*

numiſſ. teſtam. (Neceſſitas facit probabile; quando alioquin de ſe probabile non foret.) Et ex c. *Quod non eſt*, *extra de Reg. Jur.* & c. *Mutationes* 7. *q*. 1. (Neceſſitas legem non habet, ſed ipſa ſibi legem facit. (Atqui caſus, in quo verſamur, eſt neceſſitatis, & noſtra ſententia humanior, eique aſſiſtit æquitas, & c. ergo etiamſi noſtra ſententia non haberet pro ſe legem, imo adverſus ſe Jus ſcriptum haberet, & de ſe non foret probabilis, adhuc illa tenenda eſt, & Juri ſcripto contrario, ac oppoſitæ opinioni probabili præferenda.

6. Evertendo præcipuum fundamentum ſententiæ oppoſitæ, quod ita ſe habet: Quamvis Eccleſia fugiat jejunia vigiliarum in feſtis fieri; non horret tamen jejunia quatuor Temporum in feſtis: ſæpe enim occurrunt in die Apoſtolorum S. Thomæ, & S. Matthæi. Et praxis, ac conſuetudo Eccleſiæ

cleſiæ eſt, quod non transferantur; nec ullus unquam Epiſcoporum, quod ſcimus, ea in alios dies aſportavit. Quamobrem jejunia quatuor Temporum, occurrentia in aliquo magno feſto, non ſunt transferenda. Sed hujuſmodi fundamentum eſt nimis debile. Ergo &c. Minor probatur: ſiquidem Eccleſia æque fugit, jejunia Vigiliarum in feſtis fieri, ac jejunia quatuor Temporum, juſta legitima & rationabili interveniente cauſa, ut hactenus probatum, & comprobatum eſt; & oppoſitum cum ſit ipſiſſima quæſtio, mere aſſeritur, & non probatur. Deficiente vero tali cauſa, ſicuti non horret Eccleſia jejunia quatuor Temporum in feſtis fieri, ita nec horret, in dictis feſtis fieri jejunia Vigiliarum: immo id ipſam valde delectat, unde utraq. imponit fidelibus, & quidem ſub præcepto graviter obligante.

Praxis autem, & conſuetudo, ab

Adverſariis aſſerta, non transferendi jejunia quatuor Temporum, eadem eſt, ac illa non transferendi jejunia Vigiliarum, ſcilicet ubi juſta, legitima, & rationabilis non intervenit cauſa; cum Epiſcoporum neminem unquam viderimus, jejunia Vigiliarum ſine tali cauſa in alios dies aſportaſſe. Quod ſi exemplum translationis Vigiliarum in permultis caſibus habeamus; in nullo tamen exemplum translationis jejuniorum quatuor Temporum; id eſt, quia complurimæ ſunt Sanctorum feſtivitates per annum celebrandæ: quarum non paucæ cum magna, & extraordinaria ſolemnitate celebrantur, utpote Sanctorum Titularium, Patronorum, &c. in his autem ſi occurrant in jejuniis, cum juſta legitima, & rationabilis habeatur transferendi cauſa, mirum non eſt, quod præfata jejunia per Epiſcopum in alios dies viderimus aſportari. E

con-

contra tamen pauciſſimæ ſunt feſtivitates Sanctorum, in 4. anni Temporibus occurrentes, duæ nimirum Ss. Apoſtolorum Thomæ, & Matthæi. Sed cum hæ ex una parte non ſemper in quatuor anni Temporibus occurrant; nec cum notabili ſolemnitate celebrentur: & ex altera parte nunquam experta ſit Eccleſia moralem impotentiam jejunandi in majore populi parte, nunquam juſta, legitima, & rationabilis extitit cauſa transferendi dicta jejunia quatuor temporum: ſicque nunquam ea per aliquem Epiſcoporum aſportari deprehendimus.

Cæterum unde habent Adverſarii loquentes in univerſum, quod Eccleſia non horreat jejunia quatuor Temporum, in feſtis Sanctorum Thomæ, & Matthæi Apoſtolorum occurrentia: quodq. praxis, ac conſuetudo Eccleſiæ ſit, quod jejunia quatuor Tem-

porum nullatenus transferantur, etiam ubi cum iis coincidant feſta Ss. Thomæ, & Matthæi? Numquid omnes, & ſingulas Chriſtiani Orbis Eccleſias perluſtrarunt, ibique ſervari jejunia quatuor Temporum, in dictis feſtis incidentia adinvenere, etiam ubi hujuſmodi feſta cum maxima ſolemnitate celebrarentur, quatenus fortaſſis dicti Sancti Civitatum, & Diœceſum eſſent Patroni; & in tanta ſolemnitate magna in jejunando haberetur difficultas, populique ita proclives ad intemperantiam præviderentur, ut major eorum pars, non translatis illis jejuniis, ea foret violatura, ſcientibus id, & peccata violationis jejuniorum non præpedientibus per translationem eorumdem in alios dies Ordinariis locorum, contra propriam obligationem ex officio, & charitate? Aſſertum igitur Adverſariorum duntaxat veritatem habet,

bet, ubi feſta talium Sanctorum cum ordinaria mediocri ſolemnitate celebrentur, jejuniaque quatuor Temporum, in illis occurrentia, non adeo gravia fidelibus contingant; abſitque periculum in majore populi parte violandi jejunia, prout in noſtris hiſce Regionibus, quoties cum feſtis Sanctorum Apoſtolorum Thomæ, & Matthæi jejunia conjunguntur quatuor Temporum, experimur, unde in alios dies laudata jejunia non aſportantur.

7. Evertendo aliud fundamentum ſententiæ oppoſitæ, ſitum in eo, quod nullus adducatur textus expreſſus pro noſtra ſententia. Sed hoc etiam fundamentum eſt nimis infirmum. Ergo &c. Minor probatur: ſiquidem neque pro ſententia oppoſita adducitur ab Adverſariis ullus textus expreſſus. Ergo &c. Cæterum neceſſe non eſt, ſemper adducere textum ex-

preſſum, cum ſufficiat deducere rationabiliter: nam ratio ſuccedit in defectum legis, ut habet Gloſſ. *v. Rationis in c. Ex eo, de elect. in* 6. Unde lex eſt omne, quod ratione conſiſtit *c. Conſuetudo s. diſt.* 1. & ratio dicitur communis lex ad omnes caſus, Calder. *conſ.* 1. *de Regular.* & alij.

8. Evertendo aliud contrariæ ſententiæ fundamentum, illudq; eſt: quia majores ordines, qui priſcis temporibus in menſe Dec. conferri ſolebant, ex præſcripto Gelaſij Papæ primi in Sabbatis quatuor Temporum generaliter conferuntur, ſicut & in Sabbato Paſſionis, & in Sabbato Sancto, *c.* 3. *de tempor. ordin.* & ibi Gloſſa *diſt.* 75. In quibus profecto quatuor Temporum Sabbatis, ſicut & diebus Mercurii, & Veneris præcedentibus ex inſtitutione Apoſtolorum, vel Summorum Pontificum ſtatim poſt ipſos, aliunde jejunatur. Et ratio quare

in prædictis temporibus potius, quam in quolibet alio die utcumque feſtivo Sacra Generalis Ordinatio concedatur, eſt, ut ſolemnibus illis jejuniis, quæ prædictis temporibus inſtituta ſunt, adjuvantibus etiam fidelium precibus, major a Deo gratia ordinandis impetretur, exemplo Apoſtolorum, qui cum Paulum, & Barnabam ex præcepto Spiritus Sancti ad prædicandum gentibus mitterent, prius jejunantes, & orantes impoſuerunt ei manus, *c. Quid, die 5. diſt.* 75. Ratio autem congruentiæ, cur in Sabbato inſtituatur Generalis Ordinatio, illa aſſignatur a Barboſ. *De offic. & poteſt. Epiſc. p.2. alleg.* 17. 3. quia Sabbatum ſignificat requiem, & Dei cultum: requies vero a laboribus, & negotiis ſæcularibus, quemadmodum Dei adoratio Clericis maxime convenit. Ergo jejunia 4. Temporum, ſaltem ratione Sacræ Generalis Ordi-

dinationis, in iis celebrandæ, nequeunt ex ulla cauſa per Epiſcopum tranſferri. Sed hujuſmodi fundamentum eſt parum ſolidum. Ergo &c. Minor oſtenditur: ſiquidem ſi jejuniorum inſtitutio in quatuor anni Temporibus, ipſorum finis, & collatio Sacrorum Ordinum in iisdem non officiunt jejuniorum diſpenſationi per Epiſcopum ex legitima cauſa impertiendæ illa non reddendo per Epiſcopum indiſpenſabilia; multo minus officient illorum translationi per Epiſcopum ex legitima cauſa decernendæ, jejunia quatuor Temporum non reddendo intrasferibilia.

Item jejunia quatuor Temporum ſi transferibilia ſint in occurſu Magni Feſti, in quo difficillimæ redduntur executionis, & major populi pars in evidenti periculo eſt conſtituta, ea tranſgrediendi, magis proſunt Eccleſiæ fini, & ordinandorum bono,

quam

quam ſi ſint intransferibilia. Etenim ſi dicantur intransferibilia cum plerumque non obſerventur, quemadmodum non obſervari, teſtatur experientia tum in caſu ejusd. magni feſti Beatiſſimæ Virginis a Sacris Literis præteritis annis in iisdem jejuniis occurrentis, tum in aliis id genus extra quatuor Tempora jejuniis Vigiliarum; Eccleſiæ fini, & bonorum Ordinandorum nullatenus proſunt; neque enim ex inobſervantia jejuniorum majoris populi partis movetur Deus ad majorem gratiam Ordinandis impertiendam. Si vero transferibilia ſint; translata peragentur; unde movebitur Deus ad gratiam uberem Ordinandis concedendam. Ergo jejunia quatuor Temporum, etiam ratione Sacræ Generalis Ordinationis transferibilia ſunt. Cæterum

Epiſcopus ordinans, & Clerici Sacris Ordinibus initiandi vel jeju-

nare commode poſſunt in præfatis diebus quatuor Temporum, non obſtante, quod eorum jejunia ratione magnæ Feſtivitatis, vel populi neceſſitatis in alios dies translata ſint: vel non poſſunt. Si nequeant jejunare; cum ad impoſſibile nemo teneatur; poterunt utique abſque jejunio in prædictis quatuor Temporibus, & Epiſcopi Ordines in Sabbato conferre, & illos initiandi recipere, & quidem nedum valide (quia jejunia quatuor Temporum non ſunt de ſubſtantia Sacri Ordinis, ut eſt citra controverſiam) ſed etiam licite: quia Leges Eccleſiaſticæ non obligant, & multo minus ſub culpa, quando nequeunt adimpleri: & cum non obligent cum magno incommodo non tenentur Epiſcopus, & Ordinandi, præciſe quia jejunare non poſſunt, in aliud tempus Sacram Ordinationem protrahere. Quod ſi valeant je-

ju-

junare; utique in talibus diebus jejunium obſervare tenentur. Idque ut Eccleſiæ finis obtineatur, ut nimirum ſolemnibus illis jejuniis major a Deo gratia Ordinandis impetretur.

9. Evertendo ultimum fundamentum nonnullorum ex noſtris Adverſariis (quos non ſine admiratione, ne dicam ſcandalo propriis auribus excepi) ſitum in paucitate Doctorum, non obſtantibus tot, tantiſque rati - nibus in favorem noſtræ ſententiæ: Sed allatum fundamentum eſt nimis infirmum. Ergo noſtra ſententia debet amplexari: Minor probatur: ſiquidem noſtra ſententia complures pro ſe Doctores enumerat, generatim illam propugnantes & ſpeciatim defendentes Baſſæum, ac Paſqualigum nixos ratione ſatis probabili: ſententia vero oppoſita recenſet Bonacinam negantem, fieri poſſe ab Epiſcopo in quocumque eventu translationem je-

ju-

junii in genere de uno ad a iu n diem; & in ſpecie jejuniorum quatuor Temporum Cajetanum, Sanchez, & Armillam, qui tamen rationem ſuæ negationis, ſi tam potiſſimum in diſcrimine, quod deberet obviare inter jejunia vigiliarum transferibilia ab Epiſcopo ex legitima cauſa, & jejunia quatuor Temporum nullatenus transferibilia non aſſignant: unde dicunt, & non probant. Ergo paucitas Doctorum ſtat pro opinione contraria, non pro noſtra: & ſicuti tot, tantæque rationes noſtram ſententiam rationabilem ſatis, & probabilem reddunt; ita rationum carentia irrationabilem, & improbabilem facit ſententiam oppoſitam.

Cæterum hic philoſophandi modus noſtrorum Adverſariorum non probatur a Doctorib. paſſim; & bene quidem; nam ut inquit Gloſſ. in *cap. Ad noſtram de Conſuet.* (Interdum revelatur minori,

ri , quod major neſcit.) utque ait Cajetan. 2. 2. *Q.* 141. *art.* 4. *§. ad primum*. (male cum humano ingenio actum eſſet, ſi nil ſcire poſſemus, niſi quod Ariſtoteles dixit. Quamobrem optime apud Quintanadv. *in Append. tr.* 1. *dub.* 17. *n.* 8. Dominicus de S. Germano *diſt.* 9. *cap. Ego ſolis* (In opinionibus approbandis non debet haberi reſpectus ad auctoritatem Doctorum, ſed ad rationes urgentes, juxta illud: Non te moveat Doctoris auctoritas, ſed Juris ratio.) Etenim, ut ait Decius *conſ.* 481. *n.* 12. (Doctores imitantur aves: quia quando una volat, omnes aliæ ſequuntur, & pecudum more unam ſequuntur omnes. Et ante ipſos Seneca de vita beata *c.* 1. ibi.) Nihil ergo magis præſtandum eſt, quam ne pecorum ritu ſequamur antecedentem gregem, pergentes non qua eundum eſt, ſed qua itur. Aliquando enim voluntas

nul-

nulla diſcuſſione præmiſſa, ſequitur alios tanquam aves. Menoch.*conſ.*37. *n.*171.& alii. Immo præfatus philoſophandi modus poſitive reprobatur, & cenſuris afficitur. Unde Quintilianus *lib.*10.*Inſtitutionis Oratoris c.*20.(Pigri eſt ingenii (ait) contentum eſſe his, quæ ab aliis inventa ſunt. Quid futurum erat temporibus illis, quæ ſine exemplo fuerunt?) Et ut alios omittam, Paulus de Caſtro, ſicuti & Carlevalius, qui *tom.* 1. *de Judiciis lib.* 1. *tit.* 3. *diſp.* 29.*num.* 1. agitans quamdam quæſtionem, ex profeſſo a Doctoribus non agitatam [quomodo ſe habet noſtra de transferibilitate jejuniorum quatuor Temporum ex legitima cauſa] hæc habet: (Etenim ut bene dixit Paulus de Caſtro *l.Clodius* 96. *n.*7. *ff. de acquirenda hæreditat.* perniciofus eſt timor, & miſerrimus intellectus eorum, qui nolunt conſulere, niſi ubi reperitur

de-

determinatum a Doctoribus, etiam ſtante æquitate; & optimis Juris rationibus. Qualiter enim (ait) Scientia noſtra fuiſſet argumentata, ſi ita feciſſent antiqui?) Hæc Paulus de Caſtro, & Carlevalius.

10. Confirmatur tandem noſtra ſententia auctoritate complurium Theologorum præſtantiſſimorum, Meſſanæ commorantium. Conſulti ſiquidem a Rmo Domino Vicario Generali, num poſſit Epiſcopus ex legitima cauſa, jejunia quatuor Temporum, in quæ incideret Feſtum aliquod ſolemniſſime celebrandum, in alios dies aſportare? Omnes unanimiter, perlectis matureque ponderatis noſtris hiſce rationibus, reſponderunt: (Opinionem affirmativam probabilem eſſe:) addentes permulti; (& tutam in praxi:) quemadmodum non pauci: (laudatam opinionem non ſolum probabilem eſſe, & tutam in

D pra-

praxi, ſed etiam moraliter certam.) Sapientiſſima tantorum virorum reſponſa, proprio eorundem charactere in originali manuſcripto exarata, & hic fideliter tranſcripta, ſunt tenoris ſequentis:

Ego D. Anſelmus Valdibella Abbas Monaſterii S. Placidi Meſſanæ Congregat. Caſinenſis S. T. & Sacr. Canonum Profeſſor, ſum in voto, ſupradictam opinionem circa quatuor Temporum jejuniorum tranſlationem in occurrente Sacræ Literæ B̃m̃æ Virginis ad Meſſanenſes ſolemnitate, erudite nimis, & ſolide elucubratam, quamvis aliquid novitatis redoleat; ſua ſemper probabilitate gaudere.

Ex Momentis in ſupradicta ingenioſa, ac ſolerti diſſertatione allatis deductam deciſionem pro jejuniorum quatuor Temporum, aliqua in ſolemnitate incidentium; licita tranſ-

translatione, ut hac tempeſtate accidit, probabilem abunde eſſe, exiſtimo.

Ego D. Dominicus Fazino S. T. M. olim bis Abbas Gen. Ord. S. Baſilii Magni, nunc vero Monaſterii Ss. Salvatoris Meſſanæ perpetuus Abbas.

Ego D. Philippus Soria S. T. M. Monaſterii Sanct. Salvatoris Meſſanæ Ordinis S. Baſilii Magni præmiſſam ſententiam ſatis probabilem, imo (attentis præcipue, ob quas modo ad uſum demandari exoptatur, circumſtantiis) provido boni Paſtoris zelo maxime conſentaneam autumo.

Ego D. Bartholomæus de Dominicis Ciſtercienſis S. T. M. ac Synodalis in hac noſtræ Meſſanæ Diœceſi Examinator, præfatam laudo ſententiam inter probabiles, & eruditas opiniones.

Ego Pater Innocentius Maria Criſtadoro Præpoſitus Domus S. Agathæ

Cler. Reg. Minorum, *Synodalis Examinator* prædictæ opinioni adhæreo, & ipſam tamquam probabilem cum Layman, aliiſque Doctoribus defendo.

Ego Pater Auguſtinus Pittella Clericorum Minorum Aſſiſtens Generalis prædictæ opinioni ſubſcribo.

Ego Frater Salvator a Meſſana Provincialis Montis Sancti ſupradictæ ſententiæ, ac opinioni adhæreo, & pariter ſubſcribo.

Doctrinam invenio univerſalem apud Moraliſtas, Epiſcopum poſſe Vigiliæ jejunium in alium transferre diem: fundamentum autem ab eiſdem aſſignatum eſt ob ſolemnitatem feſtivitatis. Ideo ſemper opinatus ſum, eamdem militare rationem inter quatuor jejunia temporum, dummodo ſolemne contingat celebrari feſtum. Hac de cauſa prædictæ opinioni ſubſcribo, eamdemq. probabiliſſimam defendo.

Ego

Ego Fr. Euthychius a S. Flavia Aſſ. Gen. Frat. Diſcalceatorum S. P. Auguſtini.

Ego D. Vitus Maria Amico S. T. D. S. Placidi de Meſſana Congregationis Caſinenſis Prior, eandem opinionem de tranſlatione jejunii quatuor Temporum tutam, & probabilem cenſeo.

Ego S.T.M D.Gregorius S.Philippo, Abbas Viſitator Provincialis Ordinis S.Baſilii Magni, quoad punctum Canonicum, a laudatiſſimo Viro recte admodum elaboratum, ſententiam affirmativam, juſtiſſima interveniente cauſa, ſatis probabilem cenſeo; & Ill. Archiepiſcopus ipſam in praxim reducendo pro jejuniis quatuor Temporum hujus tempeſtatis, incidentibus in celebri, & ſolemniſſimo feſto S.Epiſtolæ a Sacratiſſima Virgine ad Meſſanenſes ſcriptæ, ſicut alii zelantes Epiſcopi per varias mundi par-

tes ob ſimilem juſtam cauſam in praxim reduxerunt pro jejuniis vigiliarum, pro quibus eadem intrinſeca militat ratio, ſuæ curæ, & obligationi Paſtorali ſatisfacit, ex quo ad Epiſcopum pertinet, adhibere remedia, ne ſuæ oves in ruinam pereant.

Hanc uſquemodo a ſcientiſſimis Viris laudatam opinionem, & ab ingenioſo Scriptore, viro cæteroqui ſupra invidiam docto, feliciter exaratam, ſatis abunde probabilem judicare, nemo inficias ibit; & in praxim ſine ulla animi hæſitatione amplectendam utroque pollice me ſubſcribo: ratus equidem, quod illa non ſit morum relaxativa, ſed potius relaxationnm præſervativa: & bonus Paſtor, ſuarum ovium ſaluti conſulendo, modificat, non diſpenſat Pontificis, vel Eccleſiæ factum, quatuor Temporum jejunia transferendo.

P. D. Euthychius Ajello S. T. M. Jeromonachus Ordinis S. Baſilii Magni.

Ego S. T. M. D. Gerardus Fagiani S. Ordinis Ciſtercienſis, Prior B. Mariæ Roccæamatoris, ex optime adductis, & ſolidiſſime firmatis rationibus, & ex tot doctiſſimorum Authorum allatis, & cognitis doctrinis de translatione jejuniorum quatuor Temporum ad alios dies, ſententiæ non invitus adhæreo; imo prædictam ſententiam non minus probabilem, quam tutam eſſe cenſeo, & in praxim deducendam, quando caſus contigerit, exiſtimo

Ego Fr. Antoninus Cigala Exprovincialis Ordinis Minorum Sancti Franciſci Conventualium S. T. M. & Sacr. Can. Profeſſor, ſupradictam opinionem de translatione jejunii quatuor Temporum tutam, & probabilem cenſeo.

Ego Fr. Bonaventura Preſtandrea Ord.Min.Conventualium, Guardianus Regii, & Ven. Conventus S. Franciſci Meſſanæ S.T.M. & D. Sacror. Canonum Profeſſor Sententiam de translatione jejuniorum tam vigiliarum, quam quatuor anni Temporum,&c.tutam, & probabilem cenſeo.

Immo plus quam probabilem eam puto *Ego Fr. Antonius Andr. la Rocca ejusd.Ord.S.T.M. & Sac.Can.Profeſ.*

Aſſertionem ſupradictam, diligentiſſime elaboratam, pro jejuniorum quatuor Temporum, & Vigiliarum translatione, concurrente aliqua ſpeciali ſolemnitate, ut in noſtro præſenti caſu eſt, probabilem, tutam, & laudabiliter in praxim ab Archiepiſcopo reducendam judico.

Ego Fr. Roſarius Demma S. T. Lect. Jubilatus, & in hoc Minim. Mamertino Colleg. Stud. Regens actualis.

In hoc Eruditiſſimo Opuſculo nedũ

facti

facti ſeriem, ſed ejusdem reſolutionem, & rationum pondera non peregrinante oculo, ſed ſedulo, ac æqua lance libravi; & Theſis, ab Authore propoſita, vera ſtante neceſſitate probabiliter mihi viſa eſt: & deinde cur, ad praxim deduci haud poſſit, neſcirem. Mirari inſuper non deſino, cur, & qua fronte (neſcio quis) illam novitatis nota cenſuret, cum una ex ſeverioris critices regulis hæc ſit, ne Cenſores Eccleſiaſtici, ſi quid novum ſibi videtur, continuo tale judicent; aut quod novum revera eſt, damnandum quoque illico arbitrentur, ut videre eſt apud *Lamind. de Ingen. Moder. lib. 2. c. 6.*

Ita cenſeo *Ego Fr. Franciſcus Paſchalis a Meſſana Ven. Conventus* Por-*tus Salutis Guardianus Ordin. S.* P. *Franciſci Reformatorum, & S. T. Lect. necnon Sac. Can. minus docte* P*rofeſſor.*

Ita pariter judico *Ego Fr.* P*acificus a Meſſ. ejusd. Convent. S. T. Dog. Lect. actualis.*

Hanc

Hanc ſententiam de translatione jejuniorum, non ſolum Vigiliarum, ſed etiam quatuor anni Temporum per Epiſcopum, legitima interveniente cauſa facienda, occurrente in illis feſto aliquo ſolemniter celebrando non ſolum probabilem, ſed tutam etiam, & ad praxim deducendam exiſtimamus

Ego Pater Carolus Portovenerus Soc. Jeſu, utriuſq; Theol. Profeſſor, Domuſque Profeſſorum Meſſanenſis ejuſd. Societatis Præpoſitus.

Ego P. Nicolaus Mar. Bellaſſai ejuſd. Soc. utriuſq; Theolog. Profeſſor, in Collegio Primario, & Academia ejuſdem Societatis Meſſan. Rector, ac Cancellarius.

Ego P. Joannes Baptiſta Patti Soc. Jeſu Theol. Rect. & Novitior. Mag. in Tyrocinio ejuſd. Soc. Meſſan.

Ego P. Xaverius M. Pariſi S. I. utriuſq; Theologiæ Profeſſ. Rector Collegii Meſſ. Ss. Ignatii & Franc. Xaverii.

Ego

Ego P. Petrus Maria Forti Soc. Jeſu, utriuſq; Teol. & facultatis Canonicæ Prof. in Academia Collegii Primarii Meſſanenſis ejusd. Soc. Gen. Studiorum Præfectus, atq; in Archiepiſcopatu Meſſ. Examin. Synod.

Ego Pater Antoninus Saccardo Societatis Jeſu Philoſophiæ, & Scholaſticæ, ac Moralis Theologiæ Prof.

Ego P. Joſeph Maria Ciambra Soc. Jeſu Scholaſticæ Theol. Lector in Collegio Meſſanenſi, & facultatis moralis Profeſſor.

Ego P. Stanislaus M. Piazza Soc. Jeſu Facultatis Moralis, & Canon. Lect. in Collegio Meſſ. ejusd. Soc.

Ego Fr. Antoninus Maria a S. Joſeph Provincialis Patrum Diſcalceatorum S. P. Auguſtini. Opinionem de tranſlatione jejuniorum quatuor anni Temporum, in alios dies, occurrente in illis aliquo feſto ſolemniter celebrando probabilem, imo in praxi tutam cenſeo.

Adhæ-

Adhæreo huic ſententiæ, *Ego Fr. Archangelus a S. Matthæo*.

Ego F. Onuphrius Joſeph a S. Joanne Vic. Prior. Vener. Conv. S. Alberti Carmelitan. Diſcalceatorum exiſtimo hanc opinionem probabilem, atq; tutã.

Translationem jejuniorum quatuor anni Temporum, & Vigiliarum, juſta, & legitima cauſa interveniente, non ſolum poteſt Ordinarius loci exequi, verum etiam debet, ne ſequatur periculum traſgreſſionis ipſorum: & hanc opinionem non ſolum ſpeculative probabilem, verum etiam in praxi tutam exiſtimo.

Eg. S.T.D.D. *Lucas Antonius Verardi*

Ego D. Petrus Perino S.T.D. *Æconomus Paroch. Eccleſiæ Ss. Petri, & Pauli* hanc ſententiam non ſolum puto probabilem, ſed etiam practice tutã.

Jejunia a Pontifice; vel Jure Canonico indicta pro certis diebus, poſſunt transferri ab Epiſcopo ex ratio-

na-

nabili cauſa in alios dies 1. ex praxi conſtat. 2. colligitur ex Jure Canonico *cap. conſil. de obſerv. jejun.* ubi jejunium, incidens in Dominicum diem, anticipatur in Sabbato: Imo Fagundez abſolute ſic dicit (Cum vigilia incidit in Feſtum ſolemne, pridie ejus dici jejunandum. Ita Trullench, Sylvius, Layman, Angles, Gordonus, & alii citati a Leandro a Ss. Sacramento *de obſerv. jejun. tract. V. diſp. X. quæſt. XXXIX.* Ergo poſſunt transferri in caſu noſtro, in quo adeſt rationabilis cauſa: & hæc eſt communis opinio.

Ego D. Petrus Campanella S.T.P.

Opinionem, concedentem Epiſcopo jejuniorum translationem, nedum Vigiliarum ſed etiam quatuor Temporum juxta mentem graviſſimorum Theologorum aliqua urgente cauſa; ut magnæ Feſtivitatis, aut ne fidelibus detur occaſio jejunia non obſervandi, ſemper judicavi tutam, & in praxim

mit-

mittendam, & præteritis annis ut in praxim mitteretur, optavi.

Ego S.T.D.D. Dominicus Groſſo Meſſanenſis.

Sententiam prædictam non ſolum puto probabilem, ſed etiam practice tutam.

Ego S.T.D.D. Antoninus Bruno.

Hæc ſententia de translatione jejuniorum tam Vigiliarum, quam quatuor anni Temporum, incidente in iis aliquo magno Feſto, ut Sacræ Epiſtolæ a Ss. Virgine ad Meſſanenſes ſcriptæ; ex legitima cauſa per Epiſcopos in alios dies facienda, & ſolidiſſimis rationibus hactenus erudite congeſtis non ſolum probabilis, & tuta eſt, ſed etiam moraliter certa, quamobrem illam in praxim ab Archiepiſcopo deducendam eſſe arbitramur.

Ego Placidus Decanus Fernandez.

Ego Abbas Salvator Bruno S.T.D.

Pa-

Parochus S. M. de Archu, Synodalis Examinator.

Ego Abbas Joannes Giorlando S. T. Pr. Parochus S. Laurentii, & Examinator Synodalis.

Ego Joſeph Gallella S. T. D. Parochus S. Juliani.

Ego Abbas Joſeph Stampa S. T. D. Parochus S. Jacobi Apoſtoli.

Ego Michael Angelus Pittella S. T. D. Parochus S. Leonardi.

Epiſcopum poſſe ex legitima cauſa quatuor Temporum jejunia in alios dies transferre, immo & teneri ad vitandam tranſgreſſionem illorũ in ovibus ſuæ curæ demandatis, non ſolum probabile, ſed etiam practice tutum, immo moraliter certum exiſtimo.

Ego S. T. P. D. Philippus Preſtipino Cap. Parochialis S. Nicolai.

Hanc ſententiam de translatione jejuniorum Vigiliarum, & quatuor anni Temporum ex legitima cauſa

per

per Epiſcopum facienda, occurrente in illis aliqua magna feſtivitate, ut non ſemel præteritis annis occurrit, & hoc præſenti Anno 1746. incidit Meſſanæ celeberrima ſolemnitas Sacræ Epiſtolæ ab Integerrima Virgine ad Meſſanenſes ſcriptæ, non ſolum probabilem, & tutam, ſed etiam moraliter certam ſemper exiſtimavi: ſemperque ad evitanda peccata contra legem jejunii exoptavi; ut ad praxim ab Archiepiſcopo deduceretur, quemadmodum exopto, ut impoſterum deducatur.

Ego D. Paſchalis Stagno utriuſque Theolog. Profeſſor.

Subſcribo huic ſententiæ, quæ docet, fieri poſſe ab Epiſcopo ex legitima cauſa Translationem jejuniorum nedum Vigiliarum, ſed etiam quatuor anni Temporum, occurrente in illis aliqua feſtivitate ſolemniter celebranda; immo fieri de-

debere, tum ex juſtitia, tum ex charitate erga oves, ſuæ curæ Paſtorali demandatas. Quam ſententiam non modo probabilem, & tutam, ſed moraliter quoque certam; atque adeo ad praxim deducendam exiſtimo *Ego D. Carolus Labruto Sac. Th. Doct.*

Quod Epiſcopus poſſit transferre jejunia, non ſolum Vigiliarum, ſed etiam quatuor anni Temporum, interveniente juſta, & rationabili cauſa, ut in præſenti anno 1746. quo hic Meſſanæ occurrit ſolemnitas Sacræ Epiſtolæ, ab Integerrima Virgine ad Meſſanenſes ſcriptæ, non ſolum mihi arridet ut ſententia probabilis, verum etiam ut tuta, & moraliter certa, ac in praxi ſervanda. Immo tenetur Epiſcopus, ad vitanda peccata, illa transferre S. T. D. D. *Jacobus Luca.*

Ego Frater Archangelus Maria Zacco Sacr. Theol. & Sacr. Canonum Magiſter, & Profeſſor, Pro-

vincialis S. Alberti Carmelitarum judico, hanc ſententiam de translatione jejuniorum quatuor anni Temporum, occurrente in illis aliquo feſto ſolemniter celebrando, per Epiſcopum in alios dies facienda, nullam redolere novitatem; cum Typis commiſſa fuerit centum ab hinc annis a Baſſæo, & Paſqualigo: ſolum novitas eſſe poteſt in eo, quod illa nunc primum a ſuo authore ex profeſſo agitetur. Cæterum illam puto probabilem, tutam, & moraliter certam, atque adeo ab Archiepiſcopo in praxim deducendam.

Ego Frater Albertus Raffa S. T. Magiſter, & Doctor, Exprovincialis, ac perpetuus Definitor Carmelitarum; ſententiam hanc ſolidiſſime elucidatam, novam non judico, licet hoc anno in caſu feſtivitatis Sacratiſſimæ Epiſtolæ phyſice, non moraliter appareat nova; adeoque a ſuo Auctore graviter agitatam, probabilem, & in praxi tu-

turam, ac moraliter certam dico: & ab Archiepiſcopo Meſſanenſi pro animarum ſalute in praxim redactam maximopere deſidero.

Prudentiſſimam non minus, quam doctiſſimam opinionem, quod poſſint Epiſcopi, juſta accedente cauſa, transferre jejunia quatuor Temporum ad alios dies, non ſolum probabilem exiſtimo, ſed etiam moraliter certam, atque adeo in praxim duducendam.

Ego Frater Carolus Condurſo Carmelita Sacræ Theologiæ Magiſter, & Doctor.

Ego Fr. Joann. Petrus Platania S. T. M. & Doctor Carmelita, in hoc generali Meſsanenſi noſtri Ordinis Collegio S. T. *Regens, & ſtudiorum Præfectus* puto, ampliſſimis rationibus, & innumeris Doctorum auctoritatibus agitatam hanc ſententiam de transferendis vi-

giliarum , & quatuor temporum jejuniis, nihil novitatis habere: ipſamque probabilem, tutam, ac moraliter certam arbitror. Non ſatis ergo laudandus Archiepiſcopi zelus , ſtantibus ſupradictis circumſtantijs, ſi pro majori ſui gregis ſecuritate eam fuerit amplexatus.

Ego D. Joſeph Sancti Clericus Regularis, in Venerabili Seminario Clericorum Theologiæ Speculativæ , & Dogmaticæ Lector diſſertationem hãc ſedulo luſtravi, atque ipſam eruditam, & doctam ; momentiſq; tum ab intrinſeco , tum ab extrinſeco depromptis refertam inveni. Quapropter ita arbitratus ſum, quod etſi levis aliqua mentis hæſitatio illis remanere poſſit, qui Probabilioriſtæ, & Tutioriſtæ dicuntur, quominus aſſertiones in ea contentæ reducantur in praxim; nullum tamen, neque leviſſimum dubium eorum mentibus in-

eſſe

eſſe poteſt, qui Probabiliſtæ vocantur: adeoq. in eorum ſyſtemate tamquam in conſcientia tutæ, & tutiſſimæ, ac moraliter certæ haberi poſſunt, & debent.

Ego D. Caſimirus Maria Foti Præpoſitus Clericorum Regularium, Sacræ Scholaſticæ, & Moralis Theologiæ Profeſſor judico ſupradictam ſententiam de tranſlatione jejuniorum; tum Vigiliarum; tum quatuor anni Temporum in alios dies; per Epiſcopum facienda ex juſta, & rationabili cauſa, incidente in illis aliquo feſto ſolemniter celebrando, quantum eſt ex vi tot, tantarumq. rationum, erudite hactenus adductarum probabilem, tutam, & moraliter certam, atque adeo in praxim ab ab Archiepiſcopo Meſſanenſi deducendam, arbitror.

Ego Fr. Dominicus Oliveri hujus Collegj Meſſanenſis Ordinis Minimo-

rum S. Franciſci de Paula Corrector, Lector jubilatus, ac in dicto Collegio non ſemel ſtudiorum Regens, ſupradictam non ſatis laudatam aſſertionem de Translatione jejuniorum, tum Vigiliarum, tum quatuor anni Temporum in alios dies, per Epiſcopum facienda in circumſtantiis adductis, nedum probabilem, & tutam, ſed moraliter certam, atque adeo in praxim deducendam exiſtimo.

Stantibus allatis rationibus, & doctrinis, ſententiam de Translatione jejuniorum quatuor anni Temporum ad alios dies tutam, ac moraliter certam eſſe cenſeo *Ego Antoninus Maniaci, iterum Provincialis Clericorum Regularium Miniſtrantium infirmis S. T. Profeſſor.*

Prædictam ſententiam de Translatione jejuniorum nedum vigiliarum, ſed etiam quatuor anni Temporum

ab

ab Epiſcopo facienda, ſtante celebratione feſti ſolemnis, &c. non tam vere ſpeculative probabilem, & practice tutam, quam etiam Moraliter certam exiſtimavi.

Ego Fr. Felix a Meſſana Prior Conventus Montis Sancti, S. T. Profeſſor.

Ego Fr. Gabriel a Jeſu, Definitor Generalis Diſcalceatorum S. Auguſt. ſuperiores doctrinas nedum inter probabiliores recenſeo, verum etiam moraliter certas ſuſtineo.

Ego Fr. Joannes Maria a Meſſana Prior Conventus S. Mariæ Pilaris.

Opinioni, tribuenti Epiſcopo facultatem transferendi jejunia quatuor anni Temporum in alios dies, &c. nedum uti practice tutæ, verum etiam tamquam moraliter certæ ſubſcribo.

Ego Fr. Hieronymus a Meſſana Socius Aſſiſtens Provincialis, & Secre-

tarius PP. Carmelitarum primi Inſtituti, tantum moralis certitudinis, tantumque ſalis ineſſe pondus ſuperioribus doctrinis exiſtimo, quantum Juri Canonico ſubſtantialiter congruunt. Pietas, ſenſuſque Eccleſiæ in præceptis favet; & gravia Doctorum momenta ſuadent. Simulque nulli Juri poſitivo contraria eſt translatio jejuniorum quatuor anni Temporum, facta ab Archiepiſcopo Meſſanenſi.

Omitto hic, ne multis videar, *Profeſſores Moralis Theologiæ D. Dominicum Ardizzone Archipræsbyterum Romettenſem, & Abbatem D. Petrum Mariam Calaſcibetta Viceparochum S. Mariæ de Arcu, nec non S. T. D. D. Michaelem Viſalli* mordicus contendentes, poſſe Epiſcopum jejunia quatuor Temporum, in quæ incideret aliquod feſtum ſolemniter celebrandum, in alios dies ex juſta cauſa transferre. Quam ſententiam

mul-

multiplici ratione ductus propugnat, & peculiari laude dignam reputat. *D. Joſeph Pulejo S. T. D. & Sacr. Rit. Profeſſor*. Eamque probabilem cenſet *S. T. D. D. Bartholomæus Aglioti*. Et non tam vere probabilem, quam practice tutam arbitrantur *D. Hieronymus Meſſana S. T. Profeſſor, & D Joſeph Lancella, D. Ferdinandus Mundo, D. Franciſcus Currò, & D. Petrus Oliveri S. T. D.* Quin probabilem non modo ac tutam in praxi, verum etiam adhærentem magis communi ſententiæ *Abbas D. Joſeph Santangelo S. T. D.* Quemadmodum etiam moraliter certam ſibi videri teſtantur *D. Andreas M. Meſſana Ord. Ciſterc. S. T. M. & D. Pius Meſſana ejusdem Ordinis actualis Philoſophiæ Lector, D. Placidus Cardella, & D. Vincentius la Roſa Moralis Theologiæ Profeſſores, & D. Petrus Cardili Sacræ Theologiæ Doctor*.

Ex

Ex huc uſque ſtabilitis ſatis ſuperque conſpicuum eſt, poſſe Epiſcopum, immo & teneri nedum ex charitate, ſed etiam ex officio, juſta aliqua interveniente cauſa, jejunia ab Eccleſia in Jure communi, vel in aliqua Conſtitutione Pontificia extra Jus commune pro certis diebus indicta, ſeu de cætero illa jejunia ſint Vigiliarum, ſive quatuor anni Temporum, in quibus contingat, feſtum aliquod ſolemniter celebrandum, in alios dies aſportare. Atque adeo recte, & laudabiliter ab Archiepiſcopo Meſſanenſi per ſuum Generalem Vicarium precibus contendiſſe Illuſtriſſimum Senatum Nobilis, Fideliſſimæ, & Exemplaris Urbis Meſſanæ translationem jejuniorum quatuor Temporum æſtivorum, in quæ incidebat Feſtivitas ſolemniſſima Sacræ Epiſtolæ, in alios dies; ut ſic cum majori lætitia, ſine jejuniorum mærore, eorumque non ordi-

dinaria difficultate, & abſque ullo tranſgrediendi legem jejunii periculo tantum Feſtum celebraretur.

Digitized by Google

INDEX

EORUM, QUÆ IN HAC Diſceptatione Canonica delibantur.

Facti ſpecies. f. 1.

Poteſt Epiſcopus, jejunia ab Eccleſia in jure communi, vel in aliqua Conſtitutione Pontificia extra Jus commune pro certis diebus indicta, in quæ feſtum aliquod celebrandum incideret, in alios dies aſportare, ſi juſta adſit rationabilis, & legitima cauſa. f. 3.

Pro hac ſententia complures Doctores recenſentur. f. 3.

Transferente Epiſcopo jejunium in alium diem, debent Religioſi, ſe conformare in tali jejunio quo ad ejus translationem. f. 4.

Si in feſtum ſolemne Titularis ali-

vincialis S. Alberti Carmelitarum judico, hanc ſententiam de translatione jejuniorum quatuor anni Temporum, occurrente in illis aliquo feſto ſolemniter celebrando, per Epiſcopum in alios dies facienda, nullam redolere novitatem; cum Typis commiſſa fuerit centum ab hinc annis a Baſſæo, & Paſqualigo: ſolum novitas eſſe poteſt in eo, quod illa nunc primum a ſuo authore ex profeſſo agitetur. Cæterum illam puto probabilem, tutam, & moraliter certam, atque adeo ab Archiepiſcopo in praxim deducendam.

Ego Frater Albertus Raffa S. T. Magiſter, & Doctor, Exprovincialis, ac perpetuus Definitor Carmelitarum; ſententiam hanc ſolidiſſime elucidatam, novam non judico, licet hoc anno in caſu feſtivitatis Sacratiſſimæ Epiſtolæ phyſice, non moraliter appareat nova; adeoque a ſuo Auctore graviter agitatam, probabilem, & in praxi tu-

turam, ac moraliter certam dico: & ab Archiepiſcopo Meſſanenſi pro animarum ſalute in praxim redactam maximopere deſidero.

Prudentiſſimam non minus, quam doctiſſimam opinionem, quod poſſint Epiſcopi, juſta accedente cauſa, transferre jejunia quatuor Temporum ad alios dies, non ſolum probabilem exiſtimo, ſed etiam moraliter certam, atque adeo in praxim duducendam.

Ego Frater Carolus Condurſo Carmelita Sacræ Theologiæ Magiſter, & Doctor.

Ego Fr. Joann. Petrus Platania S. T. M. & Doctor Carmelita, in hoc generali Meſsanenſi noſtri Ordinis Collegio S. T. *Regens, & ſtudiorum Præfectus* puto, ampliſſimis rationibus, & innumeris Doctorum auctoritatibus agitatam hanc ſententiam de transferendis vigilia-

giliarum, & quatuor temporum jejuniis, nihil novitatis habere: ipſamque probabilem, tutam, ac moraliter certam arbitror. Non ſatis ergo laudandus Archiepiſcopi zelus, ſtantibus ſupradictis circumſtantijs, ſi pro majori ſui gregis ſecuritate eam fuerit amplexatus.

Ego D. Joſeph Sancti Clericus Regularis, in Venerabili Seminario Clericorum Theologiæ Speculativæ, & Dogmaticæ Lector diſſertationem hãc ſedulo luſtravi, atque ipſam eruditam, & doctam; momentiſq; tum ab intrinſeco, tum ab extrinſeco depromptis refertam inveni. Quapropter ita arbitratus ſum, quod etſi levis aliqua mentis hæſitatio illis remanere poſſit, qui Probabilioriſtæ, & Tutioriſtæ dicuntur, quominus aſſertiones in ea contentæ reducantur in praxim; nullum tamen, neque leviſſimum dubium eorum mentibus ineſſe

eſſe poteſt, qui Probabiliſtæ vocantur: adeoq. in eorum ſyſtemate tamquam in conſcientia tutæ, & tutiſſimæ, ac moraliter certæ haberi poſſunt, & debent.

Ego D. Caſimirus Maria Foti Præpoſitus Clericorum Regularium, Sacræ Scholaſticæ, & Moralis Theologiæ Profeſſor judico ſupradictam ſententiam de translatione jejuniorum; tum Vigiliarum, tum quatuor anni Temporum in alios dies, per Epiſcopum facienda ex juſta, & rationabili cauſa, incidente in illis aliquo feſto ſolemniter celebrando, quantum eſt ex vi tot, tantarumq. rationum, erudite hactenus adductarum probabilem, tutam, & moraliter certam, atque adeo in praxim ab ab Archiepiſcopo Meſſanenſi deducendam, arbitror.

Ego Fr. Dominicus Oliveri hujus Collegj Meſſanenſis Ordinis Minimo-

rum S. Franciſci de Paula Corrector, Lector jubilatus, ac in dicto Collegio non ſemel ſtudiorum Regens, ſupradictam non ſatis laudatam aſſertionem de Translatione jejuniorum, tum Vigiliarum, tum quatuor anni Temporum in alios dies, per Epiſcopum facienda in circumſtantiis adductis, nedum probabilem, & tutam, ſed moraliter certam, atque adeo in praxim deducendam exiſtimo.

Stantibus allatis rationibus, & doctrinis, ſententiam de Translatione jejuniorum quatuor anni Temporum ad alios dies tutam, ac moraliter certam eſſe cenſeo *Ego Antoninus Maniaci, iterum Provincialis Clericorum Regularium Miniſtrantium infirmis S. T. Profeſſor.*

Prædictam ſententiam de Translatione jejuniorum nedum vigiliarum, ſed etiam quatuor anni Temporum

ab

ab Epiſcopo facienda, ſtante celebratione feſti ſolemnis, &c. non tam vere ſpeculative probabilem, & practice tutam, quam etiam Moraliter certam exiſtimavi.

Ego Fr. Felix a Meſſana Prior Conventus Montis Sancti, S. T. Profeſſor.

Ego Fr. Gabriel a Jeſu, Definitor Generalis Diſcalceatorum S. Auguſt. ſuperiores doctrinas nedum inter probabiliores recenſeo, verum etiam moraliter certas ſuſtineo.

Ego Fr. Joannes Maria a Meſſana Prior Conventus S. Mariæ Pilaris.

Opinioni, tribuenti Epiſcopo facultatem transferendi jejunia quatuor anni Temporum in alios dies, &c. nedum uti practice tutæ, verum etiam tamquam moraliter certæ ſubſcribo.

Ego Fr. Hieronymus a Meſſana Socius Aſſiſtens Provincialis, & Secre-

tarius PP.Carmelitarum primi Inſtituti, tantum moralis certitudinis, tantumque ſalis ineſſe pondus ſuperioribus doctrinis exiſtimo, quantum Juri Canonico ſubſtantialiter congruunt. Pietas, ſenſuſque Eccleſiæ in præceptis favet; & gravia Doctorum momenta ſuadent. Simulque nulli Juri poſitivo contraria eſt translatio jejuniorum quatuor anni Temporum, facta ab Archiepiſcopo Meſſanenſi.

Omitto hic, ne multis videar, *Profeſſores Moralis Theologiæ D.Dominicum Ardizzone Archipræsbyterum Romettenſem, & Abbatem D.Petrum Mariam Calaſcibetta Viceparochum S. Mariæ de Arcu, nec non S. T. D. D. Michaelem Viſalli* mordicus contendentes, poſſe Epiſcopum jejunia quatuor Temporum, in quæ incideret aliquod feſtum ſolemniter celebrandum, in alios dies ex juſta cauſa transferre. Quam ſententiam

mul-

multiplici ratione ductus propugnat, & peculiari laude dignam reputat. *D. Joſeph Pulejo S. T. D. & Sacr. Rit. Profeſſor*. Eamque probabilem cenſet *S. T. D. D. Bartholomæus Aglioti*. Et non tam vere probabilem, quam practice tutam arbitrantur *D. Hieronymus Meſſana S. T. Profeſſor, & D Joſeph Lancella, D. Ferdinandus Mundo, D. Franciſcus Currò, & D. Petrus Oliveri S. T. D.* Quin probabilem non modo ac tutam in praxi, verum etiam adhærentem magis communi ſententiæ *Abbas D. Joſeph Santangelo S. T. D.* Quemadmodum etiam moraliter certam ſibi videri teſtantur *D. Andreas M. Meſſana Ord. Ciſterc. S. T. M. & D. Pius Meſſana ejusdem Ordinis actualis Philoſophiæ Lector, D. Placidus Cardella, & D. Vincentius la Roſa Moralis Theologiæ Profeſſores, & D. Petrus Cardili Sacræ Theologiæ Doctor*

Ex

Ex huc uſque ſtabilitis ſatis ſuperque conſpicuum eſt, poſſe Epiſcopum, immo & teneri nedum ex charitate, ſed etiam ex officio, juſta aliqua interveniente cauſa, jejunia ab Eccleſia in Jure communi, vel in aliqua Conſtitutione Pontificia extra Jus commune pro certis diebus indicta, ſeu de cætero illa jejunia ſint Vigiliarum, ſive quatuor anni Temporum, in quibus contingat, feſtum aliquod ſolemniter celebrandum, in alios dies aſportare. Atque adeo recte, & laudabiliter ab Archiepiſcopo Meſſanenſi per ſuum Generalem Vicarium precibus contendiſſe Illuſtriſſimum Senatum Nobilis, Fideliſſimæ, & Exemplaris Urbis Meſſanæ tranſlationem jejuniorum quatuor Temporum æſtivorum, in quæ incidebat Feſtivitas ſolemniſſima Sacræ Epiſtolæ, in alios dies; ut ſic cum majori lætitia, ſine jejuniorum mærore, eorumque non or-

di-

dinaria difficultate, & abſque ullo tranſgrediendi legem jejunii periculo tantum Feſtum celebraretur.

Digitized by Google

INDEX

EORUM, QUÆ IN HAC Diſceptatione Canonica delibantur.

Facti ſpecies. f. 1.

Poteſt Epiſcopus, jejunia ab Eccleſia in jure communi, vel in aliqua Conſtitutione Pontificia extra Jus commune pro certis diebus indicta, in quæ feſtum aliquod celebrandum incideret, in alios dies aſportare, ſi juſta adſit rationabilis, & legitima cauſa. f. 3.

Pro hac ſententia complures Doctores recenſentur. f. 3.

Transferente Epiſcopo jejunium in alium diem, debent Religioſi, ſe conformare in tali jejunio quo ad ejus translationem. f. 4.

Si in feſtum ſolemne Titularis ali-

licujus Eccleſiæ particularis, aut Patroni alicujus Diœceſis incidat aliqua vigilia, poteſt Epiſcopus transferre Jejunium in alium diem pro iis, qui ſunt de illa Eccleſia, vel Diœceſi. *f.5.*

Prælati Regulares, etiam in Curia Romana, ubi facile poteſt adiri Pontifex, poſſunt pro ſuis ſubditis transferre jejunium juris communis de uno in alium diem, intercedente juſta cauſa. *f.5.*

Accedens ad locum, in quo jejunium eſt translatum, gaudet etiam beneficio translationis, ſi communicet in cauſa, ob quam translatio facta eſt, celebrando videlicet feſtum illius loci cum aliis, qui illud celebrant. *f.6.*

Tale privilegium conceſſum eſt intuitu loci, & non perſonæ. *ibid.*

Sicuti lex non requirit cauſam univerſalem, ut concedi poſſit diſpen-

ſpenſatio, ſed tantum in iis, cum quibus diſpenſatur; ita neq; ut fiat immutatio in executione legis quo ad aliquam circumſtantiam, ſed ſufficit, ſi habeat locum in iis, pro quibus ſit immutatio. f.7.

Leo X. mandavit, ut jejunium vigiliæ S. Joannis Baptiſtæ, incidens in feſto Corporis Chriſti, non ſervetur in feria 5. ſed anticipetur in 4. ob reverentiam tanti feſti. f.7. & 11.

In caſu translationis jejunii debet etiam transferri officium. f.8.

Si dies, in quem transfertur jejunium, ſit occupatus feſto aliquo duplici, vel ſemiduplici, non eſt transferendum officium. Ibid.

Connexorum eadem eſt ratio. f.8.

Panormi Jejunium vigiliæ S. Jacobi, quod incidit in feſto S. Chriſtinæ Patronæ principalis Civitatis translatum eſt ab Archiepiſcopo in diem præcedentem. f.8. & 9.

Per-

Pertinet ad Epiſcopum, adhibere remedia, ne ſuæ oves facile pereant. f.9.

Et hæc eſt juſtiſſima ratio translationis jejunii. Ibid.

Præfata jejun. translatio per Epiſcopũ, ex legitima cauſa faciẽda, multipliciter probatur, & confirmatur. f.10.

Ea eſt Juri communi conformis, & Conſtitutionibus Pontificiis. *f.10.*

Jejunium, incidens in Dominica ratione ſolemnitatis hujuſce diei anticipatur in Sabbato ex c. Conſilium de Obſerv. jejun. f.10. & 16.

Non admittuntur jejunia tempore lætitiæ, ut tempore Paſchali *c. Scire debet. diſt. 76. f.16.*

Licet quæ ſunt Juris communis, vel alicujus Conſtitutionis Pontificiæ *extra illud, non relinquantur abſolute diſpoſitioni Epiſcopi; committitur tamen ei eorum executio. f.11.*

Favet translationi jejuniorum praxis. f.11.

In

In pluribus Franciæ locis, quia feſtum S. Quinctini occurrit in vigilia omnium Sanctorum, transfertur iejunium in diem præcedentem. f.12.

In Regno Navarræ in Civitate Pampelonenſi quia feſtum S. Saturnini, illius Civitatis Patroni, *occurrit in Vigilia S. Andreæ Apoſtoli, transfertur vigilia cum jejunio in diem antecedentem.* f.12.

Ratisbonenſes Vigiliam omnium Sanctorum non celebrant ultimo die Octobris, qui ſacer eſt S. Volfango Patrono Diœceſano, ſed die antecedente. Ibid.

In Oppido Carravagii transfertur Vigilia S. Laurentii in diem antecedentem, eo quod in eo feſtum occurrit Sanctorum Firmi, & Ruſtici Tutelarium dicti Oppidi. f.12.& 13.

Abbates, aliique Jura Epiſcopalia exercentes, poſſunt ex legitima cauſa jejunium ab uno in alium diem

F transſ-

transferre. *f.*13.

Idem poſſunt Prælati *Regulares reſpectu ſuorum ſubditorum.* *f.*14.

Prælati *Regulares reſpectu ſuorum ſubditorum exercent jura quaſi Epiſcopalia, ſuntque reſpectu ipſorum executores Juris Canonici, utpote ordinarii eorum.* *Ibid.*

Poſſunt Epiſcopi cum ſuis Diœceſanis ex legitima cauſa diſpenſare in lege Jejunii. *f.*14.*&* 15.

Diſpenſare eſt obligationem jejunii de medio tollere: transferre vero, incolumi ſervata obligatione jejunii, illam quoad aliquam circumſtantiam temporis variare, per tranſlationem videlicet ab uno ad alium diem. *f.*15.

Juſta, rationabilis, & legitima cauſa transferendi jejunia in propoſito, triplex potiſſimum recenſetur a Doctoribus. *f.*15.

Prima, magna ſolemnitas alicu-

jus

jus feſti, ut Titularis, Patroni, &c. celebranda in die, in quam incidit jejunium. f. 15.

Jejunium eſt ſignum triſtitiæ. Ibid.

Secunda, magna in jejunando difficultas: quæ profecto ſi ſufficiens cauſa eſt, ad diſpenſandum in lege jejunii, multo magis ſufficiens erit ad transferendum jejunium ab uno ad alium diem. f. 16. & 17.

Tertia, periculum violandi jejunium: quod ſane ut cauſam ſufficientem præbet Epiſcopo, ad diſpenſationem ſuis ſubditis impertiendam, ita a fortiori ad translationem, de qua loquimur, ſtatuendam. f. 17.

Epiſcopus non ſolum poteſt, ſed etiam ex charitate & officio tenetur juſta aliqua ex recenſitis interveniente cauſa, præfatum jejunium in alios dies tranſportare: idque a pluribus Doctoribus ſuſtinetur probatur & confirmatur. f. 18. & 19.

Epiſcopus non ſolum ex charitate, ſed etiam ex Officio tenetur, diſpenſare cum ſuis Diœceſanis in lege jejunii, juſta aliqua intercedente cauſa: cujuſmodi eſt magna in jejunando difficultas, periculum violandi jejunium, &c. f.19.

Non ſolum poteſt, & debet Epiſcopus, legitima interveniente cauſa, transferre jejunia vigiliarum, ſed etiam quatuor anni temporum, ſi in hiſce coincidat aliquod feſtum ſolemniter celebrandum. f 20.

Quod ſub generalibus terminis a cõplurimis Doctoribus ſuſtinetur: ſub ſpecialibus vero a Baſſæo, & Paſqualigo: plurimiſque rationibus probatur, & confirmatur. f.21. & a f.24.

Quamvis opponatur Bonacinæ generatim neganti, poſſe ab Epiſcopo jejunia transferri: & Cajetano, Sanchez, ac Armillæ ſpeciatim, ſed gratiſſime, & abſq; ulla ratione conten-

den-

dentibus, transferri non poſſe jejunia quatuor temporum. *f. 22.*

Legitima per ſcholaſticos omnes eſt illatio a certis, minuſque controverſis ad incerta, & controverſa: quemadmodum a notis ad ignota, ubi eadem militat ratio. *f. 22.*

Ubi eadem militat ratio, ibi eadem militat juris diſpoſitio. *ibid.*

Poteſt Epiſcopus diſpenſare in jejuniis quatuor temporum totius anni, ſicut & vigiliarum, ac totius Quadrageſimæ non modo pro particularibus perſonis, ſed pro toto quoq. populo; & quidem etiam ad comedendas carnes in præfatis diebus ob juſtam, & proportionatam cauſam. *f. 25.*

Quomodo diſpenſatum eſt Meſſanæ, & Panormi tempore peſtis; & diſpenſare poteſt tempore periculoſi belli, & ſtrictæ obſidionis Civitatis. *f. 26.*

Translatio jejuniorum quatuor anni temporum difformis non eſt ju-

ri Communi, & Conſtitutionibus Pontificiis extra jus Commune; ſed poſitive, conformis; ut translatio jejuniorum Vigiliarum. *f.* 26.

Regula juris certiſſima eſt, quod in moribus omnia ſunt conceſſa, quæ non reperiuntur prohibita. *f.* 28.

Leges Eccleſiaſticæ ita ſunt intelligendæ, ut ſint in ædificationem, non in deſtructionem animarum, juxta modum loquendi Apoſtoli. *f.* 29.

Favore Animæ, & ad vitandum peccatum optime recedi poteſt a regulis juris: immo & ad vitandum ipſummet peccati periculum, & ſcandalum. *ibid.*

In caſu neceſſitatis urgentis licet præferre opinionem parum probabilem, opinioni multum in probabilioritate excedenti. *f.* 30.

Quamvis opinio alias eſſet parum probabilis, adjuncta tamen urgenti neceſſitate fit graviter probabilis. *f.* 31.

Pro-

Propoſitio de probabilitate tenui in caſu neceſſitatis urgentis non damnatur ab Innocentio XI. ſed illa de probabilitate tenui generatim, & in omni eventu. *Ibid.*

Ubi concurrunt duæ opiniones, altera communis, & altera ſingularis, nempe unius, vel alterius Doctoris, ſi hæc ſecunda ſit in favorem cauſæ piæ opinio ſingularis debet præferri communi. *f. 32.*

In caſu neceſſitatis ſententia humanior tenenda eſt. *f. 33.*

Quando Æquitas eſt ex una parte, & jus ſcriptum ex alia, Æquitas eſt præferenda. *Ibid.*

Neceſſitas facit probabile; quando alioquin de ſe probabile non foret. *f. 34.*

Neceſſitas legem non habet, ſed ipſa ſibi legem facit. *Ibid.*

Eccleſia æque fugit, jejunia vigiliarum in feſtis fieri ac jejunia quatuor anni temporum, juſta, legitima,

& rationabili interveniente cauſa: deficiente vero tali cauſa, ſicut non horret, jejunia quatuor temporum in feſtis fieri, ita nec horret in dictis feſtis fieri jejunia vigiliarum. f. 35.

Praxis, & conſuetudo non transferendi jejunia quatuor temporum eadem eſt, ac illa non trasferendi jejunia Vigiliarum, ſcilicet abſq; juſta, legitima, & rationabili cauſa. f. 36.

Eccleſia non horret jejunia quatuor temporum in feſtis Sancti Thomæ & Matthæi Apoſtolorum, ubi talia feſta cum mediocri ordinaria ſolemnitate celebrentur; jejuniaque quatuor temporum in illis incidentia non adeo gravia fidelibus contingat, abſitque periculum in majore populi parte violandi jejunia. f. 37.

Neceſſe non eſt, ſemper adducere pro aliqua opinione textum expreſſum; cum ſufficiat, deducere rationabiliter. f. 40.

Ra-

Ratio ſuccedit in defectum Legis. Ibid.

Lex eſt omne, quod ratione conſiſtit. Ibid.

Ratio dicitur communis lex ad omnes caſus. Ibid.

Majores Ordines olim menſe Decēbris dumtaxat conferri ſolebant. f. 40.

Nunc ex præſcripto Gelaſij Papæ primi in Sabbatis quatuor Temporum generaliter conferuntur, ſicut & in Sabbato Paſſionis, & in Sabbato Sancto. Ibid.

Cur in prædictis quatuor temporibus potius, quam in quolibet alio die utcumque feſtivo Sacra Generalis Ordinatio concedatur? f. 41.

Cur in Sabbato potius, quam in alio quovis die Sacra Generalis Ordinatio inſtituatur? Ibid.

Quinam jejuniorum finis in prædictis quatuor temporibus? Ibid.

Sabbatum ſignificat requiem, & Dei

Dei cultum : requies vero a laboribus , & negotiis ſæcularibus ; quemadmodum Dei adoratio , Clericis maxime convenit . f.41.

Jejuniorum inſtitutio in quatuor anni temporibus , ipſorum finis , & collatio Sacrorum Ordinum in iisdem non officiunt jejuniorum diſpenſationi , per Epiſcopum ex legitima cauſa impertiendæ . f.42.

Jejunia quatuor Temporum ſi transferibilia ſint in occurſu magni feſti , magis proſunt Eccleſiæ fini , & Ordinandorum bono , quam ſi ſint intransferibilia: & quare? f.42.& 43.

Epiſcopus ordinans , & Clerici Sacris Ordinibus initiandi , ſi jejunare commode poſſunt in prædictis diebus quatuor Temporum , non obſtante , quod eorum jejunia ratione magnæ feſtivitatis , vel populi neceſſitatis in alios dies translata ſint , jejunare tenentur , ut Eccleſiæ finis obtineatur

tur: ſi commode nequeant, ad jejunium non obligantur. f. 44. & 45.

Jejunia quatuor Temporum non ſunt de ſubſtantia Sacri ordinis. f. 44.

Leges Eccleſiaſticæ non obligant, quando nequeunt ſine magno incommodo adimpleri. Ibid.

Argumentum, deſumptum ex paucitate Doctorum, ad aliquam opinionem reprobandam, non probatur a Doctoribus paſſim. f. 46.

Immo poſitive reprobatur, & cenſuris afficitur. f. 48.

Interdum revelatur minori, quod major neſcit. f. 47.

Male cum humano ingenio actum eſſet, ſi nil ſcire poſſemus, niſi quod Ariſtoteles dixit. Ibid.

In opinionibus approbandis non debet haberi reſpectus ad auctoritatem Doctorum, ſed ad rationes urgentes. Ibid.

Non te moveat Doctoris auctoritas,

tas, ſed juris ratio, f. 47.

Doctores imitantur aves: quia quando una volat, omnes aliæ ſequuntur, & pecudum more unam ſequuntur omnes. Ibid.

Nil ergo magis præſtandum eſt, quam ne pecorum ritu ſequimur antecedentem gregem, pergentes non qua eundum eſt, ſed qua itur. Ibid.

Aliquando voluntas, nulla diſcuſſione præmiſſa, ſequitur alios tanquam aves. f. 48.

Pigri eſt ingenii, contentum eſſe his; quæ ab aliis inventa ſunt; quid futurum erat temporibus illis, quæ ſine exemplo fuerunt? Ibid.

Perniciosſus eſt timor, & miſerrimus intellectus eorum, qui nolunt conſulere, niſi ubi reperitur determinatum a Doctoribus, etiam ſtante æquitate, & optimis Juris rationibus. f. 49.

Cenſores Eccleſiaſtici, ſi quid novum

vum ſibi videatur, non ſtatim illud tale judicare debent: aut quod novum revera eſt, damnandum quoque illico arbitrari. f.57.

Sententia de translatione jejuniorum quatuor anni temporum in alios dies ex rationabili, juſta, & legitima cauſa per Epiſcopum facienda, nova non eſt; cum fuerit centum ante annis propugnata, & dein Typis commiſſa a Baſſæo, & Paſqualigo. f. 66.

Doctores pro ea militantes pluſquam ſeptuaginta: quorum plurimi illam probabilem reputant: permulti probabilem, & tutam in praxi: alii demum non ſolum probabilem & tutam in praxi, ſed etiam moraliter certam. f.49.& ſeq.

Laus Deo, & Integerrimæ Virgini a Sacris Litteris.

Digitized by Google